lulæ sumatur. Re. masse pillularum de reubarbaro.
ʒ. ii. masse pillularum stomaticarum. ʒ. i. dyagredii
gra. 3. misce cum sirupo de endiuia & fiant pillulæ
ix. Altera die sumatur dyarodon abbatur uel tria-
sandali uel dyadragantum frigidum pro confortati
uis. Et ab extra fiat inuncio super mineram epatis
cum unguēto triasādali. uł fiat epithima super epar
cum aqua endiuiæ miscendo pulueriżatum sandalū
rubeum cum pannis lineis imbibitis in ipso epati
applicatis. Succus etiam cicoreæ iuuamentum prę
stat morsui animalis uenenosi. Idem ualet erispulæ
seu apostemati ignito cum sanichordei siue ordeo
fracto cum aceto miscendo & parum cerusæ inde fit
unguētum utile ubi oportet infrigidare. Succus ci-
coreæ mixtus cum succo alteæ & herba paralisis cū
oleo lini & parū croci miscendo ualet ad podagram
notanter sedando dolorem eius. Item aqua cicoreæ
mixta cum nitro siue lase nitri ualet contra morphe
am ipsam abluendo crebre. Pandecta. Item succus
eius cum aqua lactucæ ualet confortando cor Aui
cenna de uiribus cordis.



AARON.

¶Aaron.i.iatus est calida & sicca in primo secundum Pandectam sed secundum platearium est calida & sicca in tertio. Habet uirtutem dissoluendi: lauandi: attenuandi & abstergendi ¶Valet ad menstrua prouocanda fiant pessaria cum laudão & mixta cũ succo aaron ¶Et ualet contra inflationem aurium emplastrum factum cum ipsa aaron & cimino bulita cum parum uini & olei cõmunis. ¶Valet etiã

Ad Mẽstrua. puo
Ad inflatio. Aurĩ

Contra Emorroidas.
cōtra emoroidas ipsa tota aaron & taxus barbatus cū uino & aqua cocta & fiat super illud eucacisma. idem ualet ad ficus circa anum. ¶ Valet etiam herba ipsa contra frigida apostemata trita cum ueteri axūgia & calidæ apponatur. ¶ Valet etiam contra scrofulas & indurata apostemata ipsa herba cum squilla & axungia ursina ueteri mixta & supponatur. ad faciem depurandam & cum subtiliandam fiat puluis subtilis ex radice exiccata ipsius aarō & osse sepiæ & cerusa cum aqua rosarum miscendo & ex tali mixtura abluatur facies. Diascorides capi. Aaron. ¶ Virtus aaron est in semine: foliis & radice cum fimo bouis mixta podagricis medetur. ¶ Radix ab itra & ab extra exibita multum attenuat membra tumefacta ex pingui humore: misceatur ergo cū tartaro & zucaro ab intra ad ministrando. & ab extra cum tartaro & oleo communi. ¶ Vnde ad expellēdum toracis humorem grossum & uiscosum ualet tota herba in cibis comesta. ¶ Vel recipiatur herba decocta in aqua & parum mellis et utatur ad excreandum humorez in pectore et gutture uiscosum peccantem. ¶ Itez puluis radicis aaron super ulcera putrida applicata malam carnem corrodit et superfluam et sic secunduz folia et semen habet magnam efficaciam: secundum radicem autem maximam. Pandecta. Platearius.



AVRICVLA MVRIS.

¶ Auricula muris est quæ calefacit parum & desiccat sine mordicatione & abstergit abstersione forti & attrahit ¶ Emplastrum factum ex auricula muris & ex aaron & taxo barbato in uino cocta ualet contra tumorem ani ¶ Et succus auriculæ muris cuꝫ aqua celidoniæ curat caliginem oculorum ¶ Et confert ydropicis calculosis & epaticis fit ide potus ex eo & laureola & fumo terrę & endiuia ĩ aqua & pa-

Cõtra Tumorē ani

Ad ydropicos: calculosos: et Epaticos.

rum aceti & uuis paſſulis & ſemīe feniculi: petroſilini cocta & colatum dulcoratum cum zucaro & utatur mane & ſero. tepide poſtea ſumanť pillulæ. Re. maſſe pillularum de miſſerion maſſe pillularum de reubarbaro añ. ʒ. ſ. pulpæ granorum coconidii numero. ſ. miſce cum ſirupo de fumoterræ & fiant pillulæ. ix. Tertio ſumatur dyalacca uel electuarium ducis pro confortatiuis. Item ipſa herba contuſa cũ radice diptami mixta/attrahit infixa corpori/notanter/telas euocat & tumorem in uulnere non permittit. Et dolorem dentium prohibet ſuccus auriculæ muris cum edera terreſtri cõtuſa & naribus immiſſus: hic ſuccus mixtus cum melle ualet caligini oculorum. Morſibus uenenatis ſuccus bibitus medicat. Succus auriculæ muris naribus infuſus putredineʒ capitis purgat. Et ſuccus eius uulnera cõglutinat: & uentrem mollificat cum mulſa exibitus in potu. & ſuccus eius cum taxo barbato ĩ uino coctus confert extitui ani. & calefactum fiat eucaciſma. Et confert epilentiæ bibita cum uino. & puluis eius mixtus cũ parum zinciberis facit ſternutare & caput idem purgat. Item auricula muris cum catapucia & cimino cocta talis potus cum uino factus ualet in colica & illiaca paſſionibus. Item ſuccus eius cũ bolo armeno ualet in ſputo ſanguinis. & ualet contra uertiginem eius puluis naribus impoſitus euacuando flegma. & ualet contra ſuffocationẽ matricis ſuccus eius datus cum aqua arthemiſiæ.



ARNOGLOSSA

¶ Arnoglossa siue plantago est frigida & sicca in secundo gradu. Et sunt duæ species. s. maior & minor utilis est ad exiccãdum uulnera & mundificandum eorum putredinem ualet succus eius cũ parum aloe patici puluerizati miscendo. ¶ Epar cõfortat cũ aqua endiuiæ buliendo & colatum cum zucaro albo miscendo & fiat potus in causa calida. & cũ succo eius & aqua endiuiæ regionez epatis liniendo & epithi-

Ad excicãdũ uulnera et eorum putredine

mando. Et repugnat sacro igni succus eius cum suc
co semperuiuæ & aceto miscendo. Valet etiã emorr
oidibus succus eius cum puluere radicis aarõ miscẽ
do. Et oẽm carnẽ quæ ẽ ex ignis ustione refrigerat.
Valet etiã dissintericis ex fluxui uentris & cõtra flu
xum menstruorum. Valet etiam emoptoicis & ulce
rationem pulmonis curat. Recipe succuz arnoglos-
se cum eius semie & bolo armeno & collalis rubeis
puluerizatis miscendo & sumatur in potu. Item ra-
dix eius cum aqua & piretro cocta ualet dolori den
tium si os inde tepide abluatur ut ait. Pãdecta & Se
rapio &c. Et succus eius cum parum aceti ualet ad
maculas nigras i corpore abstergẽdas. Succus eius
ualz uulneri circa nasum uel oculos itẽ succus eius
cũ par. triacę ualet contra quartanã datus ante du-
as horas accessionis. Succus eius ualet cuz axungia
ueteris porci uulneribus recentibus quia cõsolidat
multum. Item succus arnoglosse mixtus cum cerusa
& parum aceti ualet ad pustulas & putredinez oris.
Et ualet idem contra erisipilam.i. defedationem cu
tis ignitam. ideo ualet ulceribus corrosis ꝑpter hoc
ualet ulceribus intestinorum & incarnat ea & fistu-
las & alia ulcera antiqua. Et semẽ eius & folia & ra-
dix sunt apertiua opilationis epatis & renum. Et ua
let febribus tertianis & quartanis quando bibit suc
cus eius añ accessionẽ. Itẽ succus eius ualet ad ulce
ra fluentis. morsui canis præsidiũ præstat: & ydro-
pisim curat & ptisicis cõfert. Pandecta. Platearius.



AMBROSIANA.

¶ Ambrosiana dicitur saluia agrestis: est calida & sicca in secundo gradu. dyascordies dicit q ambrosiana est species arthemisiæ quæ uocatur tanacetum. idem dicit Pandecta ¶ Valet contra uniuersalem & particularem paralisim. Recipe ambrosianæ: herbę paralisis cathapuciæ anna. m. i. centaureæ. m. 5. castorii: sinapis añ. ℥. 5. se. cubebarum. ʒ. i. confundãtur singula & buliantur in uino & aqua añ lib. i. ad

Cotra vniuersalē & particularē paralisiȝ

consumationem tertię partis coletur & colatũ dul-
coretur cum parum mellis despumati & fiat potus
quo utatur mane & sero tepide pro qualibet uice ĩ
quãtitate .iiii. ℥. quo potu consumpto sequens pil-
lulæ sumantur. Recipe masse pillularum de eufor-
bio. masse pillularum fetidarum añ .ʒ.Ŧ. misce cum
sirupo de scicados & fiant pillulæ .vii. Deĩde sumã-
tur diacastorium & diamusi pro cõfortatiuis ❡Valet
etiam idem potus contra paralisim linguæ gargari-
zando pluribus uicibus. ideo ualet carentibus uoce
uicio applurime particularis ❡Item confert etiam
decoctio ambrosianæ cum succo apii & endiuiæ &
scolopendriæ cum seminibus diureticis scilicet semi
ne spgi: feniculi: petrosilini &c. aduersus ydropisim
& yctericiam. Et desuper sumantur pillulæ. Reci-
pe masse pillularum de miserion. masse pillula. de fu
mo terræ. masse pillu. de reubarbaro: misce cum oxi
melle squilitico & fiant pillulæ .ix. postea sumantur
pro confortatiuis dyalacca uel dyarodon abba ❡Itẽ
succus ambrosianæ mixtus cum nucleis persicorum
ualet contra lumbricos ❡Itẽ ualet ambrosiana cocta
cum arthemisia & taxo barbato ĩ uino contra tenas-
monem cum fuerit sessio super talem decoctionem
calefactam ❡Item ualet etiam decoctio ambrosianæ
cum saluia domestica & feniculo in uino contra do-
lorem capitis nomine emigranea ❡Valet etiam deco
ctio eius contra dolorem neruorum ac pedum.



AFFODILLVS.

¶ Affodillus calidus & siccus ĩ tertio gradu. Plateaꝛius. Vrinam prouocat. imperat menstruis. doloreʒ lateris tollit prouenientem ex conquassationibus. Succus eius cum apio & athanasia cum radice brusci: spargi & se. feniculi. petrosilini cum uino decoquendo istud ad prædicta confert ¶ Item puluis radicis eius ualet ad ulcera putrida ¶ Et decoctio affodilli cũ uino ualet ad consimilia ulcera ea abluendo &

Ad vrinã.
Ad mẽstrua.
Ad do. lateris.
Ad ulcera putri

Ad Tumores & ordeolos.
Ad Dentes & Aures.
Ad Alopicias
Ad liuorē faciei ex sole.
Ad mollitioē vē.
Cōtra serpētes.
Ad pilos oriūdos
Ad strāguriā & Dissuriam.
Cōtra leucophlegmātiā siue yposarcā.

ea saluberriē curat ¶ & succus eius cū fece uini & mirra & par͡ʒ croci mixtus ualet tumori & ordeolis circa oculos applicādo ¶ Itē succus eius tepide auribus par͡ʒ īfusus ualet dolori dentiū cū succo ederę terrestris miscēdo. idē doloribus auriū singulare p̄sidiū p̄stat ¶ Radix affodilli cuʒ abrotano ī lixiuio cocta & caput īde lauet̄ ualet ad alopiciā siue casuʒ capillorū ¶ Radix eius cocta cū furfure tritici ī aqua liuorē faciei ex sole factū emendat ¶ Radix etiā cocta cum aqua mollit uentrē ¶ Affodillus multū contrarius est serpentibus ¶ Itē radix affodilli cum oleo pistata uel melle cū quo liniat̄ locus pilis carens & facit ibidē pilos oriri ¶ Cōfert etiā cōtra strāguriā & dissuriam. Re. affodillū coctū ī uio cū granis miliisolia & semine apii ad consumationē medietatis: da patiēti colaturā cū zucaro. Itē cū scribit̄. Re. affodillo͡ʒ debet ītelligi radix ¶ Itē ualet cōtra ydropisim ex cā frigida .s. cōtra leucofleumanciā & yposarcā. Recipe succi affodillo͡ʒ: mediāi: corticis sābuciſ & ebuli añ ℥. iiii. se. apii. se. spargi: radicū brusci añ. ʒ. ii. oīa cōtusa buliant̄ ī uio cū par͡ʒ aceti ad consumationeʒ medietatis colatū dulcoret̄ cū zu. & fiat potus habens p̄rogatiuā sup alios potus consimilis ītentionis quo bibito sequentes pillulæ sumant̄. Re. masse pillularum de miserion: masse pillu. fetida͡ʒ añ. ʒ. s. turbit. ℈. s. ziciberis gra. i. misce cū oximelle squilitico & fiant pillulæ. ix. Postea sumatur dialacca uł dyacurcuma uel dyacostum pro confortatiuis.



AGNVSCASTVS.

¶ Agnuſcaſtus ē arbor calida & ſicca in.3. Serapio & hēt uirtutē ſubtiliādi & reſoluendi & hēt ēt uirtu tē abſcindēdi coitū & maxīe qn̄ comedit̄ ſemē eius i cibis ¶ Et illa q̄ adminiſtrāt̄ i medicia ex hac arbore ſunt folia: flores & ſemē. & puocat mēſtruū eius de coctio ¶ Itē ſemē eius cōeſtū ī multa q̄titate iducit ſo dā & ſubet ¶ itē agnuſcaſtus ualet i opilationē ſplenis & epatis. eius decoctio cū ſcolopēdria & abſintheo

Ad coitū

Soda z Suber.

Ad opi. splenis z epatis.

Ad ydropicos. & liquiricia cũ uino cocta & colatũ cũ zucaro sumã
tur ĩ potu. ¶ Idem ualet si bibat' cũ oximelle ydropi-
Ad duriciẽ vẽtris. cis. ¶ Item agnuscastus ualet contra duriciẽ uentris &
splenis. Recipe semis agnicasti puluerizati .ʒ.ii. ra-
di. alteæ contusæ misce cũ fece olei & parum uini &
fiat unguentum quo ungat' regio splenis uel uẽtris
Cõtra gomorreã. ĩdurati. ¶ Item emplastrũ factum ex foliis & floribus
eius & castoreo & aceto & cathaplesment' gẽitalia
ualet contra gomorreã .i. euacuationẽ spermatis in
Ad Libidinẽ. somno. ¶ Itẽ ual3 etiã agnuscastus libidinẽ reprimẽdo
detur succus ipsius ĩ potu in quo decoquat' par҃ ca-
storei. ¶ Fomẽtent' ẽt genitalia ex aq̃ decoctionis ipsi
us & libido carnis reprimit'. q̃dam faciũt lectulũ ex
foliis agnicasti ut reddat hoĩe3 castũ. q̃dã exstĩguũt
libidinẽ sperma ĩ spissando cum semine lactucæ psi-
lii. se. citrulli: mellonũ cucumeris cucurbitę: portu
lacę cũ aceto: agresta & camphora &c. sumẽdo eo҃
decoctionẽ ĩ potu uel in fomentationibus circa ge-
nitalia. ¶ Aliqui laborant ĩaniendo spiritus & cõsumẽ
do spma ut sũt ruta: maiorana: agnuscastus ciminũ:
anetũ: calamentũ &c. sunt .n. calida & aperitiua uẽ-
tositatẽ cõsumẽtia. ¶ Itẽ fomẽtũ factũ ex decoctione
agnica. & ceptri galli & arthemisiæ ĩ aq̃ sup fluita-
Ad Matricem. tes matricis exiccat & ipsius orificiũ angustat & ad
Cõtra litargiã. cõceptionẽ dispõit. ¶ Itẽ cõtra litargiã accipe agnum
castũ: castoreũ. apiũ & saluiam & fiat decoctio ĩ aq̃
salsa cũ q̃ fortificetur posterior ps capitis embrocã-
do posteriore3 partẽ capitis. Pandecta. Platearius.



BORAGO.

¶ Borago est calida & humida in primo gradu. Eius folia dum sunt uirida præcipue competunt medicinæ exiccata non conferunt secundario semen. Virtutem habet generandi bonum sanguinez. Vnde ualet conualescentibus ex ęgritudine eius decoctio. Ad generādū bonū sāguinē

Valet etiam cordiacis siue sincopisantibus & melancolicis borago cum carnibus comesta uel loco oleorum. Contra sincopim tali modo fiat potus. Recipe Ad cordiacos melācolicos

ſucci boragis lib .i.uini decoctionis citri qua.i. oſſꝫ de corde cerui.ʒ.i.miſce cũ zucaro albo & fiat inde potus quo utať mane & ſero quantũ placet. ¶Cõfert etiã aduerſus opilatioñe ſplenis & contra melancoliã ſeu febrẽ quartanã. Recipe ſucci boraginis lib. .i.ſcolopendriæ:cuſcutæ añ.m.ſ.folioꝝ ſenæ: radicũ bruſci:ſpargi:ſeminũ feniculi: petroſilini: aniſi liquiritiæ añ.õʒ.ſ.oĩa buliant ĩ aqua & uĩo añ.lib.ſ. ad cõſumatioñe tertiæ partis:coletur & colatũ dulcoreť cũ zucaro & fiat ſirupus quo utať tepide mane & ſero pro qualibet uice ĩ quantitate medii ciphi quo ſumpto recipiant ſequentes pillulæ. Re:maſſe pillulaꝝ de reubarbaro maſſe pillulaꝝ de lapide lazuli añ.ʒ.ſ. pulpæ granoꝝ cataputiæ numero .vii. miſce cum ſirupo de ſcolopẽdria & fiant pillulæ .ix. Deĩceps ſumať tiriacæ.ʒ.i.cũ paꝝ uini uel dyacorus pro confortatiuis. ¶radix boragis nõ cõpetit uſui medicinæ. Herba cruda comeſta cũ bugloſa generat bonũ ſanguinẽ. ¶Cõtra yctericiã ualet ſuccus eius uel ipſa herba cũ atriplice cũ carnibus cocta cuius ius uel brodiũ confert. ¶Itẽ olera facta cũ boragie & bletibus et petroſilio ĩ iure carniũ elixata præſtant bonũ nutrimentũ. ¶Itẽ borago ſua proprietate habet cor confortare. Vnde aqua boragis eſt multũ cordialis et ualet ĩ pluribus paſſionibus et in ipſa aqua decoquãť folia ſenæ et fiat ĩde ſirupus cũ zucaro et ualebit patientibus multum debilitatis. Serapio. Pandecta. Auicenna.



BVGLOSSA·


¶Buglossa siue lingua bouis quod idem est quia assimilatur in figura sua linguæ bouis. Et uirtus eius prima est quæ calefacit et humectat. Secunda uirtus est quæ confert tussientibus ex asperitate pulmonis. isto modo fiat potus. Recipe succi buglossæ lib. i. ysopi: mellisse añ. m. v. radicis li. ii. radi. yreos enulæ campanæ: liquiriciæ añ. ℥. v. ficuum siccarum numero. yii. buliantur singula cũ aqua. lib. ii.

calefacit, et umectat — contra tussim et asperitatem pulmonis.

ad conſumationem midietatis colatum dulcoretur cum melle deſpumato & fiat potus adminiſtrandus mane & ſerò tepefactus pro qualibet uice ō3.ſ.quo conſumpto ſequentes pillulæ ſumantur circa medi um noctis. Recipe maſſe pillularū de agarico .ʒ.i. agarici.℈.ſ.ſalis gemmę gra.i.miſce cum ſirupo de liquiricia & fiāt pillulæ .ix. Poſtea ſumantur dya penidium uel diaris ſolomonis pro cōfortatiuis. Po ſtremo ungatur regio toracis cum unguēto dialteæ mane & ſero cui miſceatur parum olei amigdalarū dulcium ¶Virtus eius tertia eſt quæ letificat cor ſci licet quādo bugloſſa decoquitur cum carnibus uel miſceatur ĩ oleribus quæ fiant ex bugloſſa boragi ne & bletibus ĩ iure carnium recentium decoquen do.aut fiat decoctio cū uino quod uinū ſimile ope ratur.Serapio.Et quando folia eius comburuntur iſtud ualet fluxibilitati dentium et gingiuarum.Idē ualet ad alcolam & proprie ĩ ore puerorum & ĩ om nibus caliditatibus quæ fiunt ĩ ore. Et proprietas eius eſt purgare coleram & melancoliam. & quan do aliquis uult eam ſumere ſumat ſuccum eius cum ſene pulueriżato cum parum zinciberis & parum zucari.Meſue. Valet etiam ut ſumatur ſuccus eius cum bolo armeno ĩ cordiaca paſſione miſcendo pa rum de mellecrato.Pandecta.

ad cor letificandum.

ad fluxionem dentium, et gengivarum.



CALAMENTVM.

❡Calamentũ est calidũ & siccũ in tertio gradu. Et sunt tres species: una est in odore suo & in foliis similis polegio nisi ꝙ folia sunt maiora & aliqui nominant illud polegium agreste. Et secunda species nominatᷣ nepita. Et ẽ tertia species similis mentę agresti nisi quia folia sunt longiora foliis mentę. Pandecta. Serapio auctoritate Galie. quando bibitur succus eius cum aqua mellis prouocat sudorem. Et ca-

lamentum tritum oleo & parum salis & parum aceti quo ungatur pulsus manuum & pedum confert rigoribus parioticis ante peroxismum per horam ungendo. Idem ualet sciaticæ passioni ipsam sciam inde ungendo. Et succus calamenti cum uino sumptus uel decoctio eius in uino sumpta ĩ potu ꝓuocat mẽstrua efficaciter. Et qñ calamentũ sumitur in medicinis conferentibus leprosis multũ confert ipsis resoluendo humores resolutione forti. Et eis emplastratio cũ uino aufert liuorẽ sub oculo. Et quando sumitur succus eius in potu uel miscetur in clisteri occidit ascarides & lumbricos. Et occidit similiter uermes qui generant̃ in auribus & in ulceribus profundis. Et quando fit pessarium ex calamento contuso cũ parum uini occidit & expellit fœtũ igitur inscissiua quædaꝫ uirtus inest ei ꝓpter caliditatẽ eius & subtilitatẽ partium & eius amaritudinem. Et sola herba in potu data confert asmaticis & yctericis ꝓpter amaritudinem maxime aperiendo epatis opilationem. unde bibita decoctio eius urinaꝫ prouocat. & morsibus uenenatis occurrit eius succꝰ quo ungatur cutis lesa & torionibus uel conquassationibus membrorum subuenit. Et bibitum calamentum cũ uino uenenum amputat. Et comestum & bibitum stomaticis præstat effectum & suo fumigio serpentes de domibus fugat uñ nobilissimis antidotis meruit ascribi. Pandecta: et hodie a medicis dyacalamentum prædicat.



CENTAVREA

Centaurea eſt calida & ſicca in tertio gra. Et ſunt duæ ſpecies ſcilicet maior & minor. & eſt conſolidatiua tantum quia ſi radix centaureæ maioris ponatur in olla buliente in qua ſunt carnes ſeparatæ eas conglutinat. Et ſi recens ponatur ſuper uulnus cõſolidat uehementer. & ſimiliter exiccata pulueriżata idem facit. Radix centaureæ maioris ſumpta ĩ potu cũ riquilicia ualet in ſputo ſanguinis. Itez decoctio

centaureæ maioris uel minoris cum scolopendria & uuis passulis & liquiricia & colatū cū zucaro dulcoratū confert febricitantibus. Dicit platea. autoritate Galie. ꝗ cenraurea est ex medicinis nobilibus remouendo opilationē splenis & epatis sine nocumento ergo yctericia causata ex opilatione ualet decoctio iam superius dicta. Itē decoctio eius cū uino ꝓuocat mēstrua & educit fœtuȝ. & nullo mō ꝑgnanti exibeatꝰ quia aborsuȝ causat. talis etiā decoctio cum semine feniculi & petrosilini prouocat urinā. Et similiter uinū decoctionis cētaureæ addita zucaro ualet contra opilationē splenis & epatis: renū & uesicæ & contra stranguriā & dissuriā. Et centaureæ cū uino & oleo cocta & cataplasmata circa renes & pudibundas & pectini & etiā sup splenē confert. Vnguētū etiā factū ex succo eius & puluere & oleo & paꝝ ceræ ualet super splenē induratū. Itē induricie splenis & epatis & ad alia ꝑdicta & principaliter contra yctericiā ualet talis sirupus. Recipe succi cētaureæ lib. i. aqua scolopēdrię lib. ʃ. radicis feniculi: petrosilini: apii: quattuor seminū frigidoꝝ an. ℥. ʃ. quibꝰ decoctis ad cōsumationem tertiæ partis colatum cū zucaro dulcoretur & fiat potus sumendus ut supra. Prius sumantur pillulæ de reubarbaro & dyacalamentum pro confortatiuo. Idem potus ualet cōtra yliacam passionem. Item pro oculis clarificādis ualet succus eius cū aqua ros. Pandecta & Platearius.



CARTAMVS.

¶Cartamus est cali. i prio & siccū in secūdo gradu & melior pars plātę ipsius ē semē post illđ flos ei9. Est autē cartamus aperitiu9. abstersiu9: cōturbatiu9 faciēs nauseā. iō inest ei uirtus ꝓuocatiua uomitus & laxatiua p uētrē. & multū nocet stomacho faciēs fastidiū. sed ē debilis solutionis. iō addit ei parū zinciberis ꝓ certificatiōe sed ꝙ nocet stomacho emendat cū galāga uel macibus. Semē cartami datū cuȝ

parum mellis despumati & parum galangæ purgat uentrem. Item flos cartami tritus mixtus cum aceto & liniatur super malam carnē siue in periginem aufert eam. Et idem autoritate Mesue linitū super linguam puerorum uel os ulceratum confert. Cartami flores decocti cum uino abextra applicando lac coagolatum dissoluit & dissolutum coagulat. & laxat humores flegmaticos & adustos cum parum zinciberis miscendo. Decoquitur etiam medulla seminis cartami cum speciebus ut supra in iure galli. & multum ualebit pro eductione flegmatis peccantis in pectore seu stomacho per uomitum similiter per uentrem. Idē ualet in colica per uiam clisteris. Decoctio uero floris cartami in aqua mellis remouet yctericiam. Valet etiam potus florum cartami cōtra puncturā scorpionis. Idē lac amigdalarū dulcium cū succo seminū cartami & aqua ordei aut psilii cū aniso & parū mellis fiat decoctio & colatura qđ ualet ī dissinteria & dicunt multū ualere. & quātitas illius ꝓ una desi ē .ʒ. vii. Itē flores cartami cōtusi cū aceto & puncturę scorpiōis appositū cōfert. Et prædā putant ꝙ si pcussus a scorpiōe si tenuerit radicē cartami nō sentiet dolorem & qñ proicit eā sentiet. Item gallus antiquus uirga percussus & illico interfectus & deplumatus & in eius uentre ponatur de cartamo & polipodio & aniso & calamento & cinamomo & buliatur in aqua cuius ius multum ualebit ad prædicta. Pandecta. Platearius.



CINOGLOSSA

¶Cinoglossa idest lingua canis. Et dicit᷑ a cinos qđ est canis & glossos quod est ligua. Et est herba similis arnoglossę. nisi quia sunt ei glossę apparens in foliis. Et succus mixtus cum aceto medetur ulceribus oris & aliis ulceribus fraudulentis. Et est frigidæ & siccæ complexionis. Et eius succus cum succo plantaginis & radic. yreos pro parum mellis ualet ad alcolam siue apostema oris ulcerati. Et balneū decc-

ctionis cinoglossæ cum plantagine & bursæpastoris ualet contra geomoream. & post balneum fomentẽtur genitalia cum decoctione florũ agnicasti & parum castorei & aceti. Vel fiat potus cum semine lactucæ: psilii: citrulli: melonum cucumeris: portulacæ: storiolæ: sumat cum aceto & agresta qui potus extinguit libidinem inspissando sperma. Alia autem sunt inaniatiua spiritus consumendo sperma & uentositates: ut agnuscastus: ruta: maiorana: calamentum: ciminum anetum. sunt enim apertitiua & resolutiua. Platearius capitulo agnuscastus. Confert etiaꝫ decoctio cinoglossæ contra uiscositateꝫ stomachi & contra discorsiam pulmonis ex calida causa cũ aqua mellis ministrando. Item accipias linguam canis siue cinoglossam cum corde raniculę & eius matrice: pone ubi uis & post modicum temporis congregabuntur omnes canes uillæ. & si prædictum sub pullice pedis habueris omnes canes obmutescẽt nec poterint latrare. Et si prædictum in collo alicuius canis posueris: ita quod non possit ore attingere: semper uertetur in circuitu ad modũ rotæ uolubilis donec cadat in terram uelut mortuus & hoc est expertum nostro tempore. Albertus de uirtutibus herbarum.



CAMOMILLA.

¶Camomilla est calida & sicca i primo: habet uirtu té mollificandi & dissoluendi: frondes & flores sunt æqualis uirtutis. Et aqua decoctionis eius cũ arthe misia cũ qua fomentet matrix ualet ꝓuocando men struũ. Ideꝫ ualet mulieribus difficulter pariẽtibus decoctio floꝝ camomillaꝝ & extremitatum absin thei & radicuꝫ feniculi: petrosilini & quattuor semi num frigidoꝝ i uino cum zucaro albo dulcorando.


de quo bibatur ualet urinam prouocando. lapidem expellendo: inflamationem ſplenis & dolorem epa-tis & illiorum diſſoluit & ycteriſiam curat. Confert etiam decoctio camomillarum & florum uiolarum & quattuor ſeminum frigidarum & ſe. lactucæ & en diuiæ cum liquiritia & ficubus cum aqua & parum zucari miſcendo in potu exibendo ualet peri pulmo niacis & epaticis. Item flores camomillarum cum aceto & parum ſalis communis & oleo eius mutuo conquaſſata ualet febribus perioticis pulſum manu um et pedum inde emplaſtrando ante orã poſſiſmi: Sed cum oleo camomillarum ungatur dorſum pati entis febrem tertianã ualet contra rigorem eius. Et cum aliquis fuerit fatigatus propter laborem tunc inungatur dorſum cum oleo eius et oleo aneti et de mane nihil ſentiet. et decocto eius et arthemiſię ĩ ui no bibita et ſuppoſita fomento menſtruis imperat: aborſum celebrat: calculos frangit: urinam prouo-cat: torſionibus et inflamationibus auxiliat. Eſt aũt extenuatoria et propterea diuretica eſt et relaxati-ua condenſat et arefacit. ideo ĩ doloribus multũ iu uat. Item flores camomillarum ĩ oleo cocti cũ quo ungatur ypocundria dolorem ſedat. Item ſedat do-lorem capitis et oculorum. Epaticis eius potui da-tus præcipue febricitantibus cum aqua endiuiæ mi rifice prodeſt. Pandecta. Camomilla ſedat dolorem apoſtematũ mollificando et reſoluendo. Auicẽna.



CAMEPITHEOS.

¶ Camepitheos calidũ & siccum in secundo gradu. Et dicitur camedros maior. Habet uirtutem diureticam mundificatiuam & laxatiuam. Et est resolutiuum uentositatum & attenuatiuum grossorum humorum: ideo ualet contra opilationem splenis & epatis atq; matricis, urinam prouocat & menstrua extirpat & yctericiã curat & nefresi auxiliatur & itestina purgat. Isto modo fiat potus sumendus. Re-


cipe camepitheos: arthemisiæ: scolopedriæ añ .m.
i.radicum brusci:spargi.seminum feniculi: petrosili
ni añ.ʒ.ii.omnia bulliantur in uino & aqua ad con-
sumationem tertiæ partis: colatum dulcoretur & fi
at potus qui ad omnia prædicta præsidium pręstat.
Et succus camepitheos cum mellicrato & bibit ua
let stranguriæ. Et succus camepitheos habet uirtu-
tem cõsolidandi uulnera magna: & curat plagas pu-
tridas. & resoluit duricies mamillarum miscendo suc-
co eius farinam fenugræci & farinaꝫ seminis lini cũ
succo radicum alteæ. Et quando bibitur de succo ca
mepitheos cũ ydromelle .xl. diebꝰ curat yctericiã:
& ualet in potu ægritudinibus epatis ad stranguriã
& dolorem renum & ad punctiones intestinorum.
Item succus camepitheos cum succo caulium cum
melle miscendo ualet ad conglutinandum uulnera
& prohibet dilationes formicę & aliorum aposte-
matum de putredine multum corrosiua. Iteꝫ puluis
camepitheos cum melle datus ualet contra lumbri
cos cũ succo centaureæ miscendo. Item succus eius
cum succo præmulæ ueris uel succo herbæ parali-
sis in uino cocta miscendo castoreum quo inunga-
tur locus paraliticus magnum præstat iuuamentũ.
Et decoctio camepitheos cum abrotano et uino et
zucaro miscendo in potu data matricem infrigida-
tam calefacit et mundificat a superfluitatibus fleg-
maticis. Pandecta.



CAPILLVS VENERIS.

¶Capillus ueneris alio nomine adiautas. Pandecta & Ioannes mesue. ca. de capillis ueneris dicitur capillus fontiũ. & scđm quosdã coriãdrũpute in nuncupať. Et est herba cuius folia sunt similia foliis coriandri. Et secundum Diascordie dicitur poletricon quæ omnia in idem redunt. Nascitur in locis umbrosis & aquosis & parietibus humidis & circa fontes: frigidæ & siccæ ẽ complexionis tẽperate. Platearius

Virtutem habet diureticam: recens est multæ efficaciæ: exiccatus paucæ uirtutis: herba utilis est nō radix. Confert contra calefactionē epatis & febri tertianę prodest ex eo factus sirupus. Recipe aquæ decoctionis eius & endiuiæ & scolopendriæ cum seminibus quattuor frigi. & seminis portulacæ & lactucæ & ex his fiat sirupus cum zucaro quo utatur mane & sero ꝑ qualibet uice in quantitate medii ciphi. Deinceps sumantur pillulæ de reubarbaro cum acumine trium granorum diagredii uel loco pillulaꝝ. Recipe electuarii de succo rosarum . dyasenæ anna .ʒ.ii. cassiæ fistulæ .ʒ.iii. misce & fiat bolus. Postea sumantur triasandalum uel dyadragantum pro confortatiuis. Capillus ueneris facit oriri capillos ī alopicia & dissoluit scrofulas. eius succus mixtus cum succo abrotani & parum mellis quo liniat᷑ locus depillatus. uel ponatur ipsa ad lixiuium quo abluatur locus depillatus ratificando cutem callosam inde liniatur locus cum talis cum succis . & cum melle ut supra. Item succus capilli ueneris cum semine feniculi & miliisolis decoctus cum uino frangit lapideꝫ & iuuat ad excreandum humores flegmaticos in pectore peccantes cum succo yreos & parum zucari miscendo. Serapio. Item elixatura capilli ueneris & scolopendriæ in uino ualet opilationi splenis & epatis & stranguriæ & abscindit fluxum sanguinis. Pandecta.



CEPAE.

¶Cepæ calidæ ſunt in quarto cum aliquali humiditate. Et cepæ longę ac rubei coloris ſunt acutiores rotundis et ceptis albis. et eſt apertiua: quia aperit orificia uenarum quæ ſunt in ano: ideo aperiunt cepæ emoroidas qñ applicant̃ ano. Et prouocant mẽſtrua applicando cepæ in modũ peſſarii. Item cepæ eſt inflatiua et difficilis digeſtionis notanter cruda. Et cepæ cocta calefacit corpus et ſubtilitat in ipſo

grossos humores flegmaticos: iõ hominibus coleri-
cis nocet sed ipsis flegmaticis & habundãtibus fleg-
mate uiscoso & crudo cõfert: qa cepæ inscidit & sub
tiliat grossos humores ideo talibus epulas ꝑstat tu-
tas. Itẽ cepæ generãt sitim & mordicãt & gignũt uẽ
tositates: molliũt uentrẽ & fit ex eis supositoriũ. Et
succus ceparũ mixtus cũ puluere maioranæ & paꝝ
ziciberis naribus inflatus purgat caput: & dr̃ caput
purgiũ. Et cepæ cõtusa cũ aqua & ruta ualet ĩ mor-
su canis rabidi. Et cepæ mixta cũ nido yrundinũ &
melle præstat squinanciæ ꝑsidium ab extra applicã
do. Item cepæ cõtusa cum aceto & inde liniat᷑ mor-
phea ĩ sole & cõfert. Et quãdo succus cepaꝝ cũ thu
cia misceť & applicať oculis ualet ad pruriũ oculo
rum qa flegmate salso causatur. & qñ miscenť cum
sale & administratur super uerucas aufert eas. Et qñ
succus eius miscetur cum adipe gallinæ & apponiť
aufert callos seu nodos q fiunt ĩ pedibus ꝓpter cal-
cimenta. Et succus cepaꝝ distillatus ĩ aurẽ confert
debilitati auditus & ĩ tinnitu eius & aqua descendẽ
ti ĩ ea. Et qñ liniť succus eius cũ succo abrotani su-
per alopiciam facit nasci pilos. & circa barbã inun-
ctus facit eam accelerare: quia fricatio facta cum ce
pis aperit poros & ĩde apiať locus præcrescẽtia pi-
lorum ĩ longum & hoc habetur pro experto. Sera-
pio. Item cepæ ualent ad prouocandum comitum.
Et frequenter comestum obtenebrant uisum. Item
inducit somnum quia replet caput uaporibus.



CORIANDRVM.

¶Coriandrū ē plāta cuius semine cōmuniter utiur in medicinis.& ē frigidū ī primo & sic.ī secūdo.Aui cēna.Sed Serapio dicit ipsum declinare ad calidita tē:similiter Galiēus. Sed dyascorides cōtra dicit & uult ꝙ sit frigidū. Nota succus eius ualet apostema tibus calidis cū aceto & succo sempuiuæ miscēdo. Itē succus coriādri cū farina fabaꝝ & furfure tritici cū roſ & aceto miscēdo remouet inflationē testicu-


lorum ipsis applicando. Item coriandrũ præparatũ cum aceto post prandiũ comestum ualet ad prohibendum ascensum uaporũ ad caput: ideo epilentia ꝓueniens ex uaporum exaltatione ad caput per coriandrũ post prãdium comestum curatᵉ. Et coriandrũ præparatũ puluerizatum cũ succo plãtaginis bibitũ ualet cõtra fluxum sanguinis. & succus eius cum aceto ualet contra ignem sacrum. Item semẽ eius cũ aqua plantaginis potatum a muliere ilico stringit menstruum & fluxũ uentris: patet experientia. Pandecta ca. de coriandro. Coriandrũ recẽs est frigidũ narcoticũ inducens sincopim & stuporem: quia suo odoratu congelat uapores & fumositates ascendere ad caput ideo ualꝫ ĩ soda siue dolore capitis. & ualꝫ ebrietati : iõ ponitᵉ ĩ cibis epilenticorum qm̃ causæ epilentiæ sunt uapores ascendentes a stomacho. Et aqua infusionis coriandri cũ zucaro absindit uirgæ erectionẽ & desiccat sperma. Itẽ succus coriãdri naribus inflatus restringit sanguinẽ nariũ. Idem fit qñ odoratᵉ. Itẽ succus coriandri cum succo semperuiuę & ebeti cũ pane miscẽdo ualet applicare in erisipila uel apostematibus calidis. Vel miscendo succũ coriandri cuꝫ lacte uel cerusa & aceto uel oleo roſ & idẽ facit in igne psico. Serapio. Itẽ coriandrũ ꝑparatũ ualꝫ cõtra uertiginẽ causatũ a uopore calido aut flegmatico. Et succus eius distillatus in oculo sedat eius puluerizationẽ. Et coriandrum ualet in tremore cordis dando eius puluerẽ cum aqua boraginis.



CVSCVTA

Cuſcuta eſt rẽs inuoluta ſuper linum: eſt calidum in primo & ſiccum circa ſecundum. Eſt mundifica-tiuum & purgatiuum melancoliæ principaliter ſe-cundario flegma iſto mõ. Recipe cuſcutæ: ſcolopẽ-driæ añ. m. i. polipodi: radicis eſulæ: folioꝝ ſenæ añ ℥. i. floꝝ uiolaꝝ boraginis añ. m. 5. omnia bulian-tur in uino & aqua añ lib. i: aceti paꝝ ad conſuma-tionem tertiæ partis colatum dulcoretur cũ zucaro

et fiat potus ſumendus ut ſupra poſtea ſumant' pil-
lulę ſequentes. Recipe maſſe pillu. de lapide lazuli.
maſſe pillu. ſtōati .añ. ʒ. ſ. turbit. ℈. i. ziciberis gra.
.iii. miſce cum ſirupo de ſcolopendria & fiant pillu-
læ. ix. uel ſumatur dyaſene. ōʒ. ſ. cum prædicta deco
ctione loco pillularum. poſtremo ſumatur dyacala
mentum uel dyacapere pro confortatiuis. Valet eti
am prædictus ſirupus aperiendo contra opilationē
ſplenis epatis & renum. Ad idem ualet decoctio cu
ſcutę cum ſcolopēdria & ſeminibus diureticis. ſemi-
ne feniculi petroſilini in uino. idem prouocat urinā
& confert yctericiæ quæ fit ab opilatione ſplenis ac
epatis & iuuamentum præſtat proprie febribus in-
fantium cum zucaro dulcorata iam dicta decoctio.
Item decoctio cuſcutæ eſt bona ſtomacho & maxi-
me quando miſcetur cum ea aniſum: apium: & galā
gæ. Serapio. Confortat etiam ſtomachum & aufert
quod in eo eſt fixum de ſuperfluitatibus decoctio iā
dicta. Et quando bibitur cum aceto ſedat ſingultum
& aperit opilationes cum uino potata. Et aqua de-
coctionis eius eſt mirabilis ad yctericiam. Et decoctio
eius & aniſi & ſcabioſæ confert dolori pungitiuo uē
tris: quia mundificat ſordes inteſtinorum & matri-
cis & renum. Auicenna. Item eius complexio eſt ſe-
cundum cōplexionem herbæ cui adheret: quoniam
fit calida per adherentiam calidę herbę ſeu arboris.
& fit frigida per adherentiam frigidæ. Pandecta.



CIPERVS.

¶Ciperus ē ca. & sic.i secūdo. Et ē herba triangularis. Et radix eiꝰ cōfert usui mediciæ:hēt uirtutē diureticā:ideo ualet cōtra stranguriā:dissuriā & contra lapidem:tali mō fit usus. Recipe radicis ciperi bene triti radicis petrosilini añ.℥.vi.seminum apii:feniculi saxifragę.añ ℥.i.oīa confusa buliantur in uino ad consumationē tertiæ partis colatum cum zucaro dulcoretur & fiat potus. Ad idem ualet catha-

Cōtra Stran guriã Dissuriã Lapidem

plasmatio cum cipero bulito & conquassato in oleo & applicata pectini procerto prouocat urinam humores dissoluendo. Et decoctio radicis ciperi in uino cum saxifraga & cum silinga ĩ uirgam iniecta: lapidem frangit procerto confert. Item ualet contra dolorem stomachi & intestinorum ex frigiditate & uentositate prædicta potio uel ad idem ualet uinuȝ decoctionis ciperi cum cinamomo: habet enim confortare uirtutem digestiuam. Itẽ decoctio ciperi triti in oleo ferę usq; ad consumationem postea super carbones ponatur & patiens recipiat fumum per os & per nares: optimum remedium ẽ ĩ litargia. i. obliuiõe seu apostemate flegmatico. Puluis radicis eius positus uulneribus putridis putredinem tollit. Platearius. Item usus eius facit bonum colorem & bonum odorem oris. Item ciperus tritus & mixtus cũ succo paralisis & parum olei castorei ualet ad dolorem iuncturarum ea tepide ungendo & neruos debilitatos. Item frequens usus ciperi inducit lepram quia adurit sanguinem. Auicenna. Item decoctio ciperi confert putredini narium & oris & mollificationi gingiuę. Et uinum decoctionis eius confert distillationi urinæ & debilitati uesicæ ualde & frigoris eius uehementer & similiter operatᷣ in renibus. Similiter confert frigori matricis & emoroidibus auxilium præstat emplastrando cũ decoctiõe eius. Et decoctio eius superius dicta ualet febribus inueteratis ex flegmate. Serapio. Pandecta. Platearius.



CELIDONIA

¶Celidonia calida est & sicca in quarto gra. Et sunt duæ species.s.maior & minor.tñ una pro alia potest poni. Et cum in receptis reperitur radix non herba debet poni. Radix est maioris efficatie. Virtutē habet dissoluendi: consumendi & attrahendi. Confert dolori dentium ex frigida causa: radix aliquantuluꝫ trita & circa dentem teneatur. Confert etiam ad caput purgandum a frigidis humoribus. & uuluam re

pletam flegmate exiccare habet : Radix celidoniæ trita coquatur & patiens fumum per os recipiat: po ſtea fiat gargariſma ex celidonia in uino cocta & co lato addatur parum zinciberis & piretri & parꝝ ace ti & mellis & ualebit. Item celidonia trita & in uino cocta & ſpongia infuſa in tali decoctione inteſtinis applicata ualet in colica paſſione. Confert etiam ad menſtrua prouocanda & ad matricem mundifican dam fiat fomentum crebre ipſi matrici ex aqua deco ctionis ipſius. Item aqua decoctionis ipſius cū mel le mixta ualet ad cancrum oris addendo puluerem roſarum ſiccarum in modum pulmenti. Item puluis radicis celidoniæ mixtus ualet ad fiſtulas ori eius immittēdo. Platearius. Et ſuccus celidoniæ uł aqua eius ī qua ſit diſſoluta thucia utilis eſt ad uiſum con fortandum ī quo cernitur aliquod groſſum ſecundū pupillam. Quidaꝫ recipiunt uinū decoctionis eius radicis contra ycteríciam. Dyaſcordes capitulo de celidonia dicit. Succus celidonię maioris melle co ctus ſuper carbones oculorum maculas detergit.

Item ſuccus celidoniæ cum parum ſulphure quo un gatur cutis eius ſcabieꝫ detrahit & ungues leproſos excludit. Succus eius mellis mixtus naribus īfuſus caput purgat. Pandecta. Idem dicit Serapio aucto ritate Diaſcordis.



CATAPVCIA.

¶Catapucia calida est in tertio & humida in secun-do gra. Q uando aũt in receptis reperit᷑ fructus nõ herba debet poni remoto exteriori cortice. Et cata-pucia uiridis uirtutẽ hẽt principaliter purgãdi fleg-ma secundario melancoliã & colerã. Habet etiã uir tutẽ purgandi humores ꝑ superiora ex unctuositate & lenitate quã hẽt . unde quandoqꝫ satis confert sa-nis ꝑ reseruatione sanitatis. Et dat᷑ etiã ęgris ad exi-

tudinem remouendam cõtra febrẽm quottidianam de flegmate salso ex quo generatur scabies. isto modo fiat potus. Recipe catapuciæ: scabiosæ: fumoterræ. añ. m. i. radic. esulæ minoris. pollipodi añ. ℥. s. cuscutæ: folio℞ senæ añ. ʒ. ii. omnium isto℞ fiat bulitio ĩ aqua in eius colatura addatur pa℞ mellis despumati & fiat sirupus digestiuis & laxatiuis. Ad idẽ claretum capiendo catapuciam tritam cum speciebus. s. cinamomo: galanga &c. cum uio parum decoquatur cum melle miscendo & per saculum distilando ut moris ẽ multum ualebit delicatis patientibus febrem quottidianam. Idem etiam modus prodest podagricis. Item ĩ iure carnium recentium uel aliorum ciborum tale claretum potest misceri. Confert etiam uinum decoctionis catapuciæ ĩ ylliaca passione. Idẽ præsidiũ præstat contra paralisim & arteticã cum radice esulæ & herba nomine premula ueris decoquendo cum parum mellis despumati miscendo: Item puluis catapuciæ cũ parum cinamomo in ouo sorbili sumptus uel in brodiis sumendo sine molestia purgat humores flegmaticos. Et uirtus foliorum catapuciæ est debilior granis. Et grana. xv. excorticata & mixta cum parum aloepatici & parum mastice in modum pillularum purgat flegma & coleram & humiditates aquosas & prouocat nauseam & uomitum. Et confert etiam potus decoctionis eius contra scabiem & in lepra auxilium præstat & lumbricos laxando expellit. Serapio. Pandecta.



CVCVMER.

¶Cucumer ẽ frigidus & sic. ĩ scđo. Semẽ ĩ receptis assumit̃. Et semen citrulli & cucurbitę & melonũ & cucumeris sunt fere eiusdẽ uirtutis. Ista semia sedãt caliditatẽ & colerã. & præstant cucumeres & citrulli &c. malũ chimũ & præperãt ad humorũ putrefactionẽ & ad febres. Et semẽ cucumeris melius est semine citrulli. Citrullus lõgioris ẽ digestionis cuius usus generat febres cronicas: cuius nocumentũ ex-

pellit anisum a uehemētia inflationis stomachi: Itē habentes sincopim calidā odorantes ipsum reuiuiscunt. Itē succus cucumeris uel citrulli &c. sedat sitim. Et qn̄ bibitur de radice eoꝝ cū ydromelle facit uomer̄ humorē subtilē eo magis qn̄ huic cōminiscetur decoctio catapuciæ. Et succus eoꝝ cōfert doloribus testiculoꝝ & uesicæ. Et semia p̄dicta sunt diuretica: iō p̄cipue medicię cōpetūt. Et ualent ēt semina cōtra opilationē splenis & epatis renū & uesicæ & cōtra apostemata pectoris a corticibus exterioribus mundata un̄ cōterant̄ i aqua & ordei coquant̄ & colatū cū parum zucari misceat̄ & cōfert p̄dictis discerasiis. In acutis etiā febribus p̄cipue tertiāis cōtinuis uel īterpellatis cōfert decoctio q̄ttuor seminū p̄dictoꝝ in modū sirupi tali mō dispensando. Recipe decoctionis q̄ttuor seminū frigidoꝝ & succi endiuię an̄. lib. ii. floꝝ uiolaꝝ uuaꝝ passulaꝝ an̄. ℥. ʒ. seminū lactucæ ordei: portulacæ: iubę: sebesten. an̄ . ʒ. ii. prunoꝝ damasceni. numero. vii. buliantur oīa cū p̄dictis succis & paꝝ aceti ad consumationē tertiæ partis colatū dulcoret̄ cum zucaro albo & fiat sirupus sumendus ut supra in aliis capitulis insinuatum est. Postea sumat̄ electuariū de succo ros. ℥. ʒ. cū paꝝ cassꝫ fistulis miscendo p̄ laxatiuo. Postremo sumatur triasandali uel dyarodon abatur. pro confortatiuis. Idem sirupus ualet acute febricitātibus epaticis & ethicis & æqualiter per urinaꝫ purgat & laxat: Pandecta. Serapio. Platearius.



CALAMVS SILVESTRIS.

Calamus ſilueſtris aromaticus eſt calidæ & ſiccæ cõplexionis. et habet uirtutẽ ſubtiliandi et fortificã di ſua aromaticitate. Et prouocat urinã et menſtruã bona ꝓuocatione notãter uinũ decoctionis eius cũ aſarabacca et abrotano cuȝ parum melle deſpumati dulcorando de quo ſumatur in potu mane et ſero ꝓ qualibet uice in quantitate medii ciphi. et tales her bæ relictæ poſt decoctionem caudæ applicetꝰ circa

femoralia matricem aptat pro prouocatione menstrui. Similiter ualet uinum decoctionis calami siluestris cum gramine & semine apii & ebuli contra ydropisim ex causa frigida addendo colato parum zucari. Idem etiã confert distilationi urinæ scilicet strãguriæ & ægritudinibus renum. Et quando pessariũ fit ex herbis relictis post decoctionem iam dictam prouocat menstruum & cõfert dolori matricis. Ad idem ualet balneum in quo sint prædictæ herbæ bulitę quod balneum aufert matrici dolorem. Serapio. Item emplastrum factum ex dicto calamo cum sana mundi & radice diptami mutuo cum oleo conquassato confert & auxilium magnum præstat ĩ fractura crurium uel in eorum contusione: ideo ĩ lingua uulgari sumit sibi proprium nomen ascriptum suæ uirtuti nomine beyniuelde: cum eius uirtus in restauratione crurium dissolutionem continue patientium uel cotusionem patet per experientiam. Et radix calami siluestris est multum aromatica & similis calamo aromatico. Valet contra dolorem stomachi & intestinorum ex frigiditate & uentositate. Vinũ decoctionis eius cum cinamomo & galanga digestionem confortat uel detur puluis eius cum galanga & cinamomo & parum zucari in modum trageæ.



CANAPVS.

¶Canapus est calidus & siccus in secundo gradu. Semen canapi est moioris efficatie q̃ herba quod exiccat exiccatione forti. Et habet uirtutẽ resoluendi inflationes & uentositates: ideo ualet ipsum administrare in ydropisi ex causa frigida. Et q̃n nimium comedit' expressio sui succi desiccat sperma. & quidam exprimunt succum eius qui distillatur in aurem & sedat dolorẽ eius potẽter. Serapio. Et radix

quando coquitur cum radice maluæ & solatri ī modum emplastri ualet apostematibus calidis. Et cortex est ydoneus ad faciendum funes. Et de proprietate eius est ꝙ desiccat humiditates quæ fiunt in auribus quando distilatur in eis ex oleo eius. Et quando aliquis utitur succo expresso a semine facit sodā. Et folia canapim cum abrotano in lixiuio bulita & caput inde lauetur delet furfures & facit ad pillorū longitudinem. Et eius nutrimentum non est conueniēs stomacho: quia durę digestionis existit. Item semē eius educit uentositates. Item succus totius herbæ applicatus uulneri dolorem eius mitigat. Item sirupus acetosus de zucaro exibitus post sumptionem ipsius canapi aufert nocumentum præstitum ex esu ipsius canapi: cū canapus sit multum euaporatiuus uaporum ad cerebrum unde generatur soda siue dolor capitis ob id sirupus acetosus de zucaro præfatus talę nocumentum aufert. Item ex decoctione radicis & seminis canapi cum cerusa & oleo rosato fit emplastrum apostematibus calidis & erisipile. Item cum comeditur succus seminis canapi ī cibis facit stomachum dolētem dolere & facit etiaȝ malum humorē in stomacho erectuare. huic obruat dyaciminum quod est uentositatū resolutiuum:



DAVCVSCRETICVS.

¶Daucuſcreticus calidus & ſiccus in tertio gradu. cuius flores magis conpetũt uſui medicinæ q̃ folia: & radix minime. cuius duæ ſunt ſpecies .ſ. daucuſ-creticus qui eſt maioris efficatie: & daucus aſininus qui exiſtit cibus aſinorũ hic innuitur dauſcreticus. Virtutem habet diſſoluendi: conſumendi: attenuã-di. & eſt diureticum. Cum frigidum aſma & tuſſim de frigida cauſa cõfert detur uinũ decoctionis eius

& ficcuum ſiccarum cum liquiritia ſi ſit talis diſcra ſia ſiue febre. ſed cum febre detur aqua decoctionis diuretici & ficuum ſiccaruȝ liquiritiæ: & detur etiã dyapraſſium cum uino decoctionis eius in cauſa frigida. uel cuȝ aqua decoctionis eius in cauſa calida: Confert etiam uinum decoctionis eius cũ aniſo contra groſſam uentoſitatem unde yliaca paſſio ſepenumero impegnari habet. Contra ydropiſim ex frigida cauſa detur talis ſirupus. Recipe florum dauci. m. i. ſe. apii: feniculi: petroſilini añ. ℥. ʒ. bruſci: ſpargi añ. ʒ. ii. buliantur in uino & aqua añ. lib. i. ad conſumationem fere medietatis & colatum dulcoretur cum parum mellis deſpumati & fiat potus ſumẽdus ut ſupra: quo conſumpto ſumantur pillulæ de miſerion. & poſtremo exhibeãtur dyalacca uel dyacoros pro confortatiuis. Talis etiam potus iam dictus opitulatur opilatione ſplenis ac epatis & uias meatuum urinarum aperit. Talis autem potus matricem mundificat & abſtergit a ſuis ſuperfluitatibus ſiue moleſtia miſcendo cum triffera magna nicolai. Vel fiat peſſariuȝ ide cum triffera cui miſceatur puluis dauci & parum mirrę in oleo buliendo & matrici imponatur. Item contra uicium lapidis & contra ſtranguriam & diſſuriam ualet uinum decoctionis dauci. Platearius. Pandecta. Serapio.



DIPTAMVS.

¶Diptamus calidus & ſiccus in tertio gra. in calidis locis lapidoſis ꝑcipue reperitur. Radix diptami ma ioris eſt efficatie q̃ herba. & radix in receptis reperi tur. Eligenda eſt radix quæ interius habet ſolidã, ſub ſtantiam non perforatam. Virtutem habet diſſoluē di: conſumendi: attrahendi uenenum unde pręcipue ualet ad morſum animalium uenenoſorum ipſa her ba trita cum ſucco ceparum & applicata morſui mi-

ro modo ualebit. Potus etiam factus de diptamo & arthemisia : sanamundi & auricula muris cum uino decoquendo uidelicet uulneribus ab intra sumendo & istum potum uulgares reputant pro magno secreto & talis potus ab intra uulnerata membra consolidat ut experientia docet. Sed puluis diptami cum cerusa & paꝝ terepentinæ miscendo in modum unguenti quod ab extra applicatur uulnus cõsolidat: Item ad menstrua prouocanda & ad fœtum mortuũ & ad secundinam educendam ualet potus factus ex decoctione diptami & arthemisiæ & abrotani cum uino & parum mellis despumati. Ad idem ualet puluis diptami cum mirra & succo arthemisiæ miscendo in modum pessarii matrici imponendo quod efficatiam magnam habet in prouocatione menstrui & aliorum ut supra. Confert etiam iam dictus potus cõtra stranguriam & dissuriam. uel uinum decoctionis radicis diptami cum succo abscinthei contra dolorem stomachi ex usu fungorum tactum. Item contra frigidum asma fiat decoctio ficuum siccarum in uino & exprimatur cui misceatur puluis diptami. Item decoctio diptami cuȝ ebulo & apio in aqua & parum mellis despumati confert contra ydropisim ex frigida causa. Item quando ficatur corpus ĩ balneo cum decoctione diptami ualet contra yctericiam. Item quando sternitur hæc herba in domo fugat aĩalia uen enosa. Platearius. Pandecta. Serapio.



ESVLA MINOR.

¶Esula est calida & sicca in tertio cuius radix usui medicinæ competit: habet uirtutem purgandi flegma principaliter & melancoliam. Confert esula cōtra febrem quottidianam. similiter ualet contra arteticas passiones. s. cōtra podagram: cirogram & cōtra paralisim & contra yliacam passionem & contra ydropisim ex frigida causa. isto modo. Recipe radicis esulæ: radicis petrosilini ebuli: radicis acori añ

õʒ.i.seminis feniculi seminis apii & anisi.ʒ.ii.masti-
cis cinamomi añ .õʒ.i. ex hiis fiat decoctio in aqua
lib.ii.& cum zucaro dulcoretur colatum & fiat siru
pus sumendus ut supra digestiuis & laxatiuis. Et si
delicati abborretur talem potum decoquantur radi
ces esulę cuȝ carnibus recentibus & uuis passulis &
aniso & de brodio eius sumant & ualebit ad supradi
ctas passiones: uel fiat claretum ex puluere radicis
esulæ & aliis speciebus.s.cinamomo:galãga: aniso:
masticis &ce. & erit minus abhominabile & magis
delectabile. Et esula interdicta sit habentibus cali-
dam complexionem & inducit febrem potans eam:
& inuenerunt plures tale nocumentum in eius ope
ratione.Serapio.Et p̃cipue nocet patientibus emo
roidas:nam aperit uenas ani & inducit fluxum san-
guinis earum quia uenę illę de natura sua sunt fluxi
biles.& uenas quas aperit etiam obstruit sua stipti-
citate & siccitate & sic facit uenas emoroidales tu-
mescere & illę medicinæ quæ laxant cum stipticita
te & acuitate sicut esula & miserion faciunt hoc. Se
rapio capitulo de strebam.i. esula. Item ĩ lacte esu-
læ non est aliqua bonitas imo nocet illi qui accipit
ipsum. Et medici [illegible]atores cum tali lacte multos ho
mines interfecerunt propter paucitatẽ scientiæ ip-
sorũ.& quæsitum est ab eis:quæ esset medicina quã
dabant in potu:denudabãt lac esulæ fore cum oleo
sisamino mixtuȝ & laxabant aliquos usque ad mor-
tem.Serapio.Pandecta.Platearius.



ENDIVIA

¶Endiuia est frigida & sicca in primo: semina & folia medicinæ cōpetunt. & folia usui ciborum ualent & maxime uirida sunt magne efficatie sed sicca nullius. Et diureticam habet uirtutem confortandi ex frigiditate alterandi: ideo ualet contra opilationem splenis & epatis ex causa calida. Et ualet etiam contra yctericiam & simplicem tertianam & duplicem & cōtra calefactionem epatis & calidum apostema.

ad hæc omnia ualet talis potus. Recipe succi endiuiæ lib.i.scolopendriæ:cicoreę:lactucæ añ.m.5.florum uiolarum uuarum passularum quattuor seminum frigidarum añ.ʒ.ii.omnia buliant in aqua lib.i.ad consumationem quasi medietatis colatum dulcoretur cum zucaro & fiat sirupus quo utat ad plures uices ut supra insinuatum est. Deinde sumatur reubarbari.ʒ.ii. in infusione cum aqua endiuiæ cui cum forti expressione addatur dyafeniconis & cassiæ fistulæ añ.ʒ.ii.& fiant austus laxatiuus. Deinde sumatur triasandali uel conserua uiolarum pro confortatiuis. Sed ab extra obuiando huic discrasiæ ualet epithimare regionem epatis cum aqua endiuiæ cui parum de sandolo rubeo misceatur pro die i ciborum ac potuum amministratione sumantur cibaria ad frigiditatem declinãtia ut sunt sorbella de ordeo & zucaro uel pultes de farina ordei cum zucaro & parum aceti miscendo & cancrum usus cũ aceto decocti confert & aqua ordei cũ zucaro albo decocta confert loco potus & ita obuiabis prædictis discrasiis. Item aqua endiuiæ cum cerusa & aceto est mirabile epithima super membra pręter naturaliter calefacta. Ex aqua etiam endiuiæ & succo alteæ cuʒ parum croci fit inunctio optima ad podagram. Iteʒ lac quidam endiuiæ cum thucia mixtũ abstergit albuginẽ oculi. Item fit ex aqua endiuiæ & farina ordei cum parum croci emplastrum tremori cordis & confortat cor. Auicenna.



EVPATORIVM.

¶Eupatorium est calidum in primo & siccum in secundo. idem est ꝙ saluia agrestis. ualet contra uniuersitatem paralisim & particularẽ. Contra uniuersalẽ talis confert potus. Recipe succi eupatorii: saluiæ añ lib. i. præmuleueris. origini maiorançe añ. m. .s. castorei. cinamomi añ. ʒ. ii. fiat decoctio cum zucaro albo dulcorando de qua sumatur mane & sero tepide administrando pro qualibet uice in quantita


re medii ciphi: quo potu consumpto recipiatur pillulæ sequentes. Recipe masse pillularum de euforbio. ℈. ii. masse pillularum fetidarum. ℈. i. turbit. ℈. ʃ. zinciberis gra. 5. misce malaxandro cum sirupo de sticados & fiant pillulæ. vii. aut. ix. Quibus pillulis sumptis sumatur dyacastorium uel dyancos nicolai pro confortatiuis. Item contra ydropisim & ycteriiciam ex causa frigida si fiant ex opilatione splenis & epatis talis congruit potus. Recipe eupatorii: saluiæ ebuli añ. m. i. seminum apii: feniculi: petrosilini añ ℥. ʃ. omnium fiat bulitio in uino & cum zucaro fiat sirupus sumẽdus ut supra. Deinceps sumantur pillulæ de miserion. Et postremo recipiatur dyalacca uel electuarium ducis pro confortatiuis. Item decoctio eupatori & abrotani ualet in alopicia & tiria caput inde lauando. Item succus eupatorii cum succo lapacii acuti & fumoterræ cum oximelle miscendo confert scabiei & pruritui quando potatur cũ aqua scabiosæ. & succus eupatorii cum succo lapacii acuti cum axungia ueteris porci & parum salis communis mutuo miscendo cum parum sulphuris si placet in modum unguenti quo ungatur locus scabiosus & multum prodest. Item uinum decoctionis eupatorii cum absintheo & parum zucari confert febribus cronicis & antiquis & si addatur assarum: ualebit eo melius. Confert etiam loco potus uinũ decoctionis eupatorii & anisi doloribus & ulceribus intestinorum. Auicenna.



ENVLA:

Enula cuius radix præstat iuuamentum in medicinis est calida & sicca in secundo gradu & ĩ ipsa est aliqualis humiditas superflua propter hoc non calefacit corpus statim quando ei occurrit. Confert omnibus lesionibus & doloribus frigidis & inflationibus uentositatũ. Cõfert etiam dolori prouenienti ex contusione lacertorum. hiis omnibus sucurrendum erit cum emplastro facto ex decoctione radi-


cis enulę & yreos & radicis ipsius alteæ cum paruʒ olei immiscẽdo & p̄dictis locis exibendo & auxilia-bitur ipsis. Confert etiã oĩbus prædictis de causa fri gida potus ex enula factus cum radice yreos & se-mine anisi cũ paꝝ mellis despumati miscendo. Con fert etiã p̄dictũ emplastrũ sciaticę & dolori iunctu-rarũ. Præfactus ẽt potus auxiliũ p̄stat mundificãdo pectus & adiuuat ad expuẽdũ seu excreãdũ humorẽ flegmaticũ ĩ pectore peccantẽ & ualet cõtra tussim & est bonæ opationis q̃n ei admiscet̃ dyaris solomo nis. Et uinũ decoctionis enulę cum cinamomo & ga langa miscendo confortat stomachum infrigidatum & cor. Auicenna capitulo de enula. Et enula est du-plicis maneriei. s. ortulana & campestris. De ortu-lana mens hic non uersatur. Et uinum decoctionis enulæ cum parum zucari mixtum confert spiritua-libus membris seu cordialibus: iuxta illud. Enula campana redit præcordia sana. ¶Contra dolorem sto machi & intestinorum & contra yliacam & strangu riam & collicam passioneʒ ualet talis tragea ex frigi da causa intelligendo. Recipe enulæ campanæ: ci-namomi añ. ʒ. ii. galangæ. anisi liquiriciæ añ. ʒ. i. ra-dicis yreos: zinciberis añ. ʒ. ß. macis. gariofilorum. nucis muscatæ añ. ℈. omnia puluerizentur & cum sufficienti zucaro albo. misceantur & fiat tragea. Itẽ quando bibitur decoctio enulæ cum semine spargi & miliisolis prouocat urinam & menstrua. Pande-cta. Serapio.



EPATICA.

¶ Epatica frigida est & sicca in primo gradu. Est herba iuxta aquas crescens in lapidibus humidis. Et ualet contra uitium epatis unde denominata est. Et ualet contra calefactionem epatis & contra ycterici-am: detur aqua decoctionis epaticæ & endiuiæ cuꝫ zucaro miscendo. Et contra easdẽ passiones & prin-cipaliter contra febrem tertianam continuam uel i-terpellatam uitio epatis exuberanter calefacti uel

apostēmati fiat sirupus talis qui maiorem pręstat i-
columitatem prædictis discrasiis. Recipe succi epa-
ticæ: endiuiæ: lactucæ añ. lib. i. florum uiolarū uua-
rum passularum añ ʒ. s. prunorum damasceni nu-
mero. vii. omnium fiat bulitio ad consumationem
medietatis coletur & colatum dulcoretur cum suffi
cienti zucaro albo & fiat sirupus mane & sero sumē
dus pro qualibet uice in quantitate ʒ. iiii. quo siru
po consumpto. farmacia sequens sumatur. Recipe
electuarii de succo rosarū ʒ. s. reubarbere. ℈. i. spi-
ce gra. ʒ. cassiæ fistulæ extractæ. ʒ. iii. terant̃ reubar
bere. Et spica & misceantur cū superiore sirupo. ʒ.
. ʒ. fiat austus tepide sumendus. Deinceps sumatur
triasandali uel conserua uiolaruꝫ pro confortatiuis.
Et ab extra epithimetur regio epatis cum aqua en-
diuiæ cui admixtum est puluis sandali rubei. ʒ. ii. &
ʒ. s. spodii puluerizati cum panno lineo in eo hume
ctato applicetur epati pluribus uicibus. Item epa-
tica scolopendria & endiuia in aqua cocta cum pa-
rum zucari dulcorando ualet contra opilationem
splenis & epatis ex causa calida. Valet etiam contra
omnem ægritudinem epatis & contra eius aposte-
mata calida. Prædictæ herbæ conquassatæ & suppo
sitæ epati confert in principio apostematis repercu
tiendo. Eadē emplastratio applicata matrici abscin-
dit eius menstrua. Similiter apposita. calida aposte
mati sedat eorum calefactionem.



ELLEBORVS ALBVS.

¶ Elleborus albus calidus est & siccus in tertio. Cuius duæ sunt species. s. albus & niger. Albus ducitur quia eius radix existit alba uel album humorem. s. flegmaticum purgat: & nigra dicitur: quia nigrum humorem uel melancolicum purgat. Et cum in medicinis reperit eius radix in receptis intelligitur. Et hæc ꝓprietates ellebori albi ponimus. Antiqui aũt utebant elleboro albo ĩ purgationibus sicut & nos


nunc utimur scammonea: quia tunc erant corpora fortiora & eius uiolentiā poterant sustinere. Nunc autem humana corpora debiliora sunt & ellebo. al. uiolentiam tollerare non possunt: unde cum summa cautella moderno tempore danda est medicina elleborata. unde debilibus ac macilentis elleborus præcipue albus & strictum pectus habentibus non debet dari quia cum uiolentia uomitum ꝓuocat & similiter per secessum uiolenter purgat. sed flegmaticis facile uomentibus & pinguibus potest dari. Iteꝫ infusio ellebori albi per noctē in aqua feniculi quæ misceatur cum oximelle ualebit multum febri quottidianæ de flegrate uitrio. Item confert aduersus arteticam passionem & podagram & cirogram & contra paralisim. Oximellis est decoctio facta ex aceto & melle. Confert etiaꝫ ab extra applicare decoctionem ellebori albi cum origano emplastrata membris paraliticatis uel arteticam passionem patientibus cui parum almuri admisceatur de aqua salsa ex piscibus sale cōditis extracta ut est aqua quæ alleca cōdiri hēt. Item puluis elleboris albi mixtus cū succo persicarum uel oleo amigdolarum amarum auribus instillatus ualet contra uermes aurium. Iteꝫ elleborus albus decoctus in lixiuio quo abluatur caput ualet contra pediculos & furfures. Item contra scabiem ualet unguentum factum ex elleboro albo litargio & oleo communi & aceto. Pandecta. Serapio. Platearius. Mesue &c.



ELLEBORVS NIGER.

¶Elleborus niger calidæ & ſiccæ exiſtit complexio nis & ſi debite præparetur totum corpus rectificat & bonum colorem dat. ſanguinem bonificat. quia ſolutius eſt melancolici humoris. & rectificat ſi im mittatur gallinæ & cum ea buliatur & addatur feni culus & illud brodium magnum præſtat iuuamen tum. Item decoctio ellebori nigri ualet ad cutis de fedationem. Item puluis tã albi q̃ nigri ellebo. cor

rodít carnem putrídam in ulceríbus putrídis. Pulvís etiam ellebori nigri mixtus cum melle ualet applícare fistulís & in tríbus diebus possibile est curare eam. Pandecta. Vterq; elleborus tam niger q̃ albus sunt abstersiue uirtutis ideo conueniunt in morphea & lepra & scabie .s. decoctio ellebori utriusq; in succo lapacii acuti. cum litargiro & parum mellís míscendo. Acetum decoctionis utriusq; ellebori confert dolori dentium os tepide abluendo: & in tali decoctione misceantur písa uel frumentum & propinetur columbis in cibo occidat eas. Item elleborus niger ē cali. & sic. in tettio. Pandecta. Et est subtiliatiuus solutiuus melancolici humoris & corrosiuus carnium putridarum in ulceribus & dicitur q quando nascitur elleborus niger apud radíces arborum fiunt fructus illius arboris solutiui. Cōtra uermes aurium puluis ellebori nigri misceat̃ cum succo absin. & guttatim & tepide auribus instilletur & confert. Item infusio radicis ellebori nigri cum semine feniculi aut petrosilini in aqua scolopendriæ cu3 parū zucari miscendo coleram & flegma per uentrē purgat. purgatio illa melācolicis epilenticis. arthe ticis & paraleticis medicatur. & pessarium factum cum melle & elleboro nigro menstrua prouocat & aborsum facit. Pandecta. Ioannes Mesue dicit albū elleborum debere uitari. quia perfocatiuus & uene num corpori.



EBVLVS.

¶Ebulus est calidæ & siccæ complexionis quia uir-tus eius desiccat & incarnat & resoluit resolutione temporata. Radices eius & folia sunt ea quæ in uia medicinæ ualent. Item multũ resoluit & aperit ideo prouocat menstrua fiat fumigatio cum ebulo & ar-themisia & abrotano in uino decoquendo circa ma-tricem applicando. Item ebulus ualet contra poda-gram inflatam uel alia membra inflata ex materia

flegmatica isto modo. Recipe ebuli florum camo-
millarum melliloti anna misce .i. furfuris tritici. mi-
sce .ii. bulia ntur in lixiuio & cum eo ter uel quater
in die lauent pedes aut pars inflata & confert. Suc-
cus etiam ebuli cum aqua salsa ualet contra arteti-
cam & cirogram & podagram ab extra applicando.
Confert etiam uinum decoctionis radicis ebuli se-
minum feniculi petrosilini & apii in ydropisi de fri-
gida causa & in tali discrasia eximium remedium ē.
Pandecta capitulo de ebulo. Item succus ebuli auri
immissus sonitum earum compescit & uermes auri-
[redacted] cum succo absinthei miscendo occidit. Succus
ebuli morsibus uenenatis occurrit. Et sanguinem &
lac congelatum soluit. & sanguisugas occidit succus
ebuli bibitus & uinum decoctionis eius cum liqui-
ritia. tussim antiquam compescit & squinaticis sin-
gularem præstat effectum succus ebuli cū aqua plā
taginis cum parum piretri & parum mellis rosati mi
scendo in modum gargarismi. idē prohibet reuma:
fluere ad guttur. Confert etiā idem ad dolorem dē
tium os abluendo. idem subuenit uuluæ pendenti.
Item aqua decoctionis radicis ebuli cum scolopen-
dria spleneticos mire iuuat & uinū decoctionis eius
[redacted] apii calculosis prodest. Pandecta.



EDERA TERRESTRIS.

¶Edera terrestris quantum ad eius folia usui medicinæ cõpetit. Item folia eius cum aceto cocta cum foliis alteæ et radice acori splenem tumentem attenuat. isto modo dispensando. Recipe succi ederę terrestris succi scolopendriæ añ. lib. 5. alteæ farinæ fabaruȝ. radicis acori añ. ǒȝ: oĩa confusa buliantur cũ succis et parum aceti quo emplastretur splen tume factus et confert. Sed ab intra sumendo confert se-

quens potus tumefactioni splenis & omni opilatio-
ni splenis: & aliis discrasiis uitio splenis prouenienti
bus: ut febris quartana. ydropisim. ycteritia nigra
a causa frigida. Recipe succo℞ ederę terrestris. sco
lopendriæ an̄. lib. i. foliorum extremitatum absin-
thei asari florum centaureæ an̄. m. s. florum boragi
nis uuarum passularum foliorum sene an̄. ℥. s. epi-
timi. cuscute. semi. anisi. apii. feniculi. petrosilini. ra
dicum brusci. spargi an̄. ii. liquiriciæ. ℥. s. omnium
fiat bulitio cum lib. i. uini albi ad consumationem
fere medietatis coletur & dulcoretur cum sufficien
ti zucaro & fiat sirupus quo utatur tepide mane &
sero pro qualibet uice in quātitate medii ciphi uel
℥. ʒ. s. quo consumpto sumatur tale purgatiuum.
Recipe electuarii amec. Mesue. diaturbit. diasene
an̄. ʒ. ii. cass. extracte. ℥. s. misce. cum sirupo iam di
cto & fiat haustus. Sed pro confortatiuis. sumatur
dyacorus uel dyacappere uel dyacalamentum po-
stremo applicetur emplastrū prædictum supra sple
nem tepefactum primo regionem splenis ungendo
cum unguentum dialteæ de super applicādo empla
strum. Item succus ederę naribus infusus purgat ca
put & dolorem capitis mitigat. & succus cum her-
ba auri dextræ infusus inistro denti dolenti mede-
tur. Item decoctio ederę in lixiuio cū corticibus nu
cum nondum maturat nigrescit capillos. Pandecta.



EDERA ARBOREA

¶Edera arborea ab herendo est dicta eo q arboribus adherat. uel dicitur ab edo quia a capris editur & ipsis lac multiplicat. Radix eius frigidæ est naturæ & frigidam inducit esse terram ubi crescit uigoré seu uiriditatem diu seruant foliæ eius. & est amari & stiptici saporis. Ederę autem duæ species scilicet alba & nigra siue masculus & femia. edera alba defert fructum album & nigra nigrorum & edera coronari

solebant poetæ in signum uinacis ingenii et subtilis: Vnde albertus magnus alexander suos milites coronauit. Est autem talis edera arbor. ut dicit Plinius multum in altum se extendens quādiu inuenit arborem uel murum per quem serpit redicosa seu ramosa habens folia intercisa et angulosa grauis odoris. amari saporis sub cuius umbra latēt uermes. Edera quanuis sit amara utilis est medicina. Nam uirtus inest ei stiptica et cōstrictiua ideo dissintericis medet. Item succus eius mixtus cū oleo amigdalarꝝ amarꝝ auribus immissus iuuat contra sorditatem. Item succus naribus instillatus caput purgat. & dolorē eius mitigat. & contrariis est composita & ideo in causis contrariis operatur. propter quod uirtutem habet maturatiuam attractiuam. mundificatiuam. & mitigatiuā ideo hircus nutritus edera arborea eius sanguis acquirit proprietatem diureticam ad frangendum calculum in renibus & uesica. Est autem quædam species ederę super cuius folia ros inuiscatur ac in laudanum conuertitur cuius uirtus magna medicis experitur. Nam fumus eius menstrua prouocat & educit. & secundinas expellit. Serapio.



FVMVSTERRAE.

¶Fumusterræ calidus est & siccus in secundo gradu. Pandecta & dicitur fumusterræ quia generatur a fumositate grossa a terra resoluta & superficiei terræ adherens & quando uiridior tanto efficatior existit & exiccata nullius uirtutis. prícipaliter purgat melancoliam . secundo flegma salsum & coleram & est diureticam. Vnde decoctio eius cum aliis appropriatis ualet leprosis & ydropicis de frigida causa.

Recipe succi fumiterræ lib.i. extremitatum absinþ. florum centaureæ florum boraginis añ.m.ʃ.radicis esulæ polipodii radicis ebuli añ ℥.i.cuscutæ dithimi foliorum senæ añ ℥.ʃ. seminum feniculi petrosilini apii.leuictici.mirabolonorum kebulorum indorum añ .ʒ.ii. liquiriciæ .ʒ.i. omnia grosso modo confundantur & buliantur cũ aqua simplici lib.i.ʃ. cum parum aceti ad consumationem medietatis coletur & dulcoretur cum zucaro & fiat sirupum. qui sumatur mane & sero tepide pro qualibet uice ĩ quãtitate medii ciphi.Quo consumpto sequentes pillulæ sumantur. Recipe masse pillularum de miserion .℈.ii.masse pillularum de fumoterræ.℈.i.turbit.℈.ʃ.granorum conidii numero.ʃ. zinciberis gra. misce malaxãdo cum sirupo de fumoterræ & fiant pillulæ.ix.Postea sumantur dialacca uel diacostum uł diacorus pro confortatiuis. confert etiam succus fumiterræ cum sero caprino cum mirabolonis miscendo cum prædictis passionibus.Item succus fumiterræ cui misceatur puluis miliisolis uel saxifragæ & cõfert prouocando urinam.Item succus fumiterræ ualet ad putrefactionem oris & gingiuarum os cuꝫ eo abluendo.Item succus fumiterræ cum zucaro ualet ad opilationem splenis & epatis de frigida causa.Itẽ succus fumiterræ cum sulphure & oleo lauri ualet contra scabiem.Pandecta.Platearius.



FENICVLVS.

¶Feniculus est calidus & siccus in secundo gradu: Virtutem habet diureticam. Semē & folia & radix eius usui medicinæ competunt. ¶Item aqua feniculi sua proprietate clarificat oculos cum thucia & lapi de calaminaris puluerizatis miscendo fiat inde colirium. Vt serpentes exeuntes de cauernis habentes malos oculos uadunt ad feniculū. ¶Itē semen feniculi uel radix uel folia eius comeste facit mulieribus


augmentare lac.¶ Iteȝ decoctio seminis uel radicis feniculi cum semine petrosilini & miliisolis & saxifragæ in uino prouocat urinam & menstrua.¶ Item uinum decoctionis feniculi & brusci: spargi: leuistici cōfert opilationi splenis & epatis. idem est resolutiuum uentositatum.¶ Item contra morsum animaliuȝ uenenosorum ualet decoctio feniculi cum cepis in modum emplastri loco applicando.¶ Item ualet contra morsum canis rabidi. idē uinum decoctionis feniculi & mente digestiuam confortat & nauseam sedat ex causa frigida prouenientem.¶ Item uinum decoctionis feniculi ualet difficulter urinātibus & cōtra stranguriam & dissuriam.¶ Item uinum decoctionis feniculi cum radice hermodatuli & radicis esulæ cum zucaro miscendo confert contra ydropisim ex frigida causa.¶ Item succus feniculi soli expositus per uiginti dies ualet contra pannum uel maculam oculorum. Et contra eorum oculorum pruritrum certum est remedium conficiatur parum aloepatici cū succo feniculi & ponatur in uase eneo ad solem ad uiginti dies & ponatur ī oculis more colirii. Platearius.¶ Item feniculi usus frequens tarde est digestionis licet conferat nausæ & inflationi stomachi tamē malum præstat nutrimentum. Auicen. de feniculo: ¶ idem ī febribus cronicis seu inueteratis ualet aqua decoctionis feniculi petrosilini & radicis esulæ cuȝ parum zucari miscendo. Pandecta. Platearius.



FRAGARIA.

¶Fragaria est frigidæ complexionis: Valet contra apostemata gutturis isto modo. Recipe succi fragariæ & aquæ plantaginis añ. ℥. iiii. mellis rosati. ℥. i. succi mororum celsi. ℥. ß. albi græci balaostiæ añ ℥. i. fiat inde cum parte aceti gargarismus. Item aqua decoctionis fragariæ ualet contra sudorem & calorem. & si in tali decoctione fragariæ dissoluerentur dragantum ualet contra sitim. Confert etiam uinum

decoctionis fragariæ seminis petrosilini & saxifragę
contra canculum de tali potando. Item succus fra-
gariæ cum melle rosarum ualet ad ulcerationem oris:
Et fragaria sumpta cū boragine in cibis generat bo
num sanguinem. Succus etiam fragariæ cum cina-
momo sumptus ualet contra fetorem oris. Idem ua
let pro dolore capitis & corde. Itē olera facta ex fo-
liis fragariæ & bletibus & boragine cum uuis passu
lis ualent contra ethicam. Et succus fragariæ cū fo-
liis fraxini mutuo decocta in modum emplastri ua-
lent contra fracturam cruris quia consolidat. Item
emplastrum cum foliis alteæ incorporatum contra
contusionem in corpore in membris a casu uel per-
cussione factam multum prodest. Item omnia uulne
ra cum succo fragariæ linita consolidat & si quis fue
rit lesus quantum ad membra interiora succus fraga
riæ cum succo consolidæ minoris mixtus consolidat
uulnera ibidem discontinuata si sumatur in potu.
Prodest etiam mulieribus contra nimium fluxū mē
struorum cum succo plantaginis mixtum.



FRAXINVS.

¶Fraxinus frigidus & ſiccus in ſecũdo. Virtus eius eſt quæ cum fuerit recens conglutinat uulnera recentia & aqua in qua folia recentia fraxini cum radice eius ſint cocta in modum emplaſtri confert fracturę oſſium ipſa conglutinando & conſolidando. Item uinum decoctionis corticis fraxini & corticis tamariſi datum in potu infallibiliter ſplené attenuata. Nam res probata eſt qđ ſi detur porcello bibere

aliquibus diebus & interficiatur minimum inueni-
es splenem. Pandecta capitulo de fraxino. Item ua-
let contra dissinteriam & linteriam & fluxum uen-
tris aqua pluuialis decoctionis corticis fraxini. & se
minis plantaginis. & ex tali decoctione fiat fomen-
tum cum spongia super intestina ualet similiter con
tra prædictas passiones. idem applicatum cum spō-
gia super stomachum addendo parū aceti ualet cō-
tra uomitū ex debilitate uirtutis contentiuæ. Item
ex cineribus corticuꝫ tunxini & succo lapacii acu-
ti cum parum oleo laurini & parū argentiuiui. mu-
tuo miscendo in modum unguenti quod ualet sca-
biosus. Item. ʒ. i. s. pulueris corticis fraxini cum ui-
no miscēdo purgat flegma. Serapio capitulo de fra
xina. & humiditas quæ reperitur in capitibus quæ
in principio nascuntur in ramis quando apparent si
liniatur facies cuꝫ ea humiditate abstergit maculas
fedas faciei. & ex illa exiccata humiditate generan-
tur animalia quæ assimulantur cimicibus. Item fra
xini contra uenenū sunt utilia. Nam succo expres-
so & potui dato contra serpentes seu uenenum sum
mum opiferum est. & tantum habet uirtutem ut ser
pentes eius umbram matutinam uel uespertinā non
abtingant. Quod si inter ignem folia fraxini pona-
tur serpens in ignem plus q̄ i fraxinum fugient. Bar
tholomeus anglicus dicit. de ꝓprietatibus rerum.



GRANA SOLIS.

¶Grana ſolis.i.milium ſolis eſt calidum & ſiccum ĩ tertio eius ſemen eſt maioris efficatie & album rotundum & lapidoſum.naſcitur in locis aſperis & altis.Virtus ſeminis.eius eſt ꝓuocatiuæ urinę & fractiua calculi ideo uinũ decoctionis miliiſolis & ſeminis feniculi.petroſilini prouocat urinam & frangit lapidem.Sed fiat potus inde qui melioris eſt efficatiæ.Recipe ſucci miliiſolis aquarum feniculi:

petrosilini añ.lib.5.seminu3 miliisolis saxifragæ:al-kakengæ apii añ.ō3.5. radicum brusci:spargi añ.3. ii.seminis melonum sanguinis hirci añ.i. omnia cō-fusa buliantur in uino.lib.5. ad consumationem fe-re medietatis colatum cu3 zucaro dulcoretur & fi-at potus mane & sero sumendus. Item uinum deco-ctionis miliisolis uel puluis miliisolis in cibis mix-tus soluit stranguriam & dissuriam & yliacam pas-siones. Serapio autoritate rass. q puluis miliisolis mirabilis est in puocatione urinę & menstrui & frā git lapide3 in renibus & uesica quocunq3 modo su-matur.uel ī uia cibi aut decoctionis aut trageæ. Itē tragea communis exhibita cibis mixta cu3 miliioso-lis miro modo conferre habet tum in prouocando urinam tum in purgando menstrua & frangēdo cal-culum in renibus ac uesica. Recipe seminum milii-solis saxifragæ alkakengæ seminis spargi apii & me-lonis añ.3.i.cinamomi gariofolorum macis galan-gæ sanguis hirci añ.3.5.zucari albi quarta3.lib.mi-sce & fiat targea in uino amministrando uel in uia ci-bi.Et melius ualebit amministrare tragea3 tempo-re necessitatis in balneo aquæ dulcis cu3 aqua feni-culi uel raffani maioris.Et in aqua balnei sint coctę tales herbæ ut puta absintheum. feniculus petrosi-linum tanacetum flores camomillaru3. Platearius. Pandecta.Serapio.



GALLETRICVM

¶Galletricum alio nomine ceprum galli. calidum est & siccum. De proprietate galletrici est purgare matricem potum inde faciendo. Recipe succi galletrici. succi arthemisiæ añ lib. abrota. seminum feniculi anisi petrosilini añ. m. 5. cinamomi galãgi añ. ʒ. si. omnia buliantur in uino sufficienti ad consumationem medietatis. colatum dulcoret cũ melle spumato & fiat potus sumẽdus mane & sero ad placitũ

quo potu consumpto sequens euformatum confer-re habet. Recipe gere pigre galieni. ʒ. iii. diafenico-nis. ʒ. i. cassiæ extractæ ōʒ. ſ. misce cuȝ prędicto po-tu & fiat haustus. Deinceps sumant̃ diambra uel ele-ctuarium de gemmis uel zucaruȝ regal pro confor-tatiuis. Balneum etiam aquæ dulcis cuȝ suis herbis appropriatis postremo conferre hēt matricem mun dificatam a suis fecibus magis aptando ad eius con-ceptionem. Herbę conuenientes matrici in balneo sint mellissa matricaria arthemisia. Galleticum yso-pus origanum menta &c. Item post balneum suma-tur. ʒ. i. de metridato cū aqua arthemisiæ & in præ-sentie casu multū ualebit. Et aliis diebus fiat fomen tum cum decoctione galletrici & arthemisiæ & ma-tricariæ &c. in uino cocta matriceȝ inde fomentan-do istud crebre fiat & eo melius aptabis matricem infrigidatam ad potentiam conceptionis. Et ad ci-bos misceat zucarum regal uel tragea cōmunis pro confortatione stomachi & aliorum membrorum.

Platearius.



GARIOFFILATA.

¶Garioffilata calida ē & sicca in secundo & ista herba magnam habet efficatiam secūdu3 folia maiorē: q̄ secundum radices: Vnde folia non radix in medicina poni debent & recentia maioris sunt uirtutis q̄ exiccata. Habet autem uirtutem dissoluendi consumendi aperiendi & garioffilata dicitur quia habet odorem similē garioffilis. fomentū factū ex uino decoctiōis garioffilata & galletrici & arthemisiæ mē-

ſtruum prouocat. Et ſuppoſitorum uel peſſarium ſa
ctum ex ſucco garioffilatæ & arthemiſiæ. cum mir
ra miſcendo ualet ad idem matrici applicando. Iteȝ
uinum decoctionis garioffilatæ & mentę cũ galan
ga miſcendo. ualet ad confortando digeſtiuam & cõ
tra dolorem ſtomachi & inteſtinorum & contra uen
toſitates ex frigiditate. Item uinum decoctionis ga
rioffilatæ & coriandri præperati ualet in doloribus
capitis. ex uentoſitate ex ſtomacho proueniéte. Ité
garioffilata ſua aromaticitate emendatur in paſſio
nibus cordis. Item uinum decoctionis garioffilatæ
cum cinamomo & macibus miſcendo ualet contra
cordis diſcraſiam. Item ſuccus garioffilatæ mixtus
cum parũ uiridis eris fiſtulis iniectus curat eas. Ité
uinuȝ decoctionis eius & cimini & ſcabioſe confert
in colica & yliaca paſſionibus. Et ſuccus garioffila
tæ cum aqua plantaginis miſcendo ẽ ſiccatiuæ uir
tutis & ſecundum uentré reumata ſufficienter. Pan
decta capitulo de garioffilata.



GENCIANA.

radix

¶Genciana calida est & sicca in secundo gradu cuius herba eodem nomine appellatur. Et eius radix usui medicinæ competit. Vnde radix non herba in medicinis ponitur. Et genciana multaꝫ habens amaritudinem bona est & paruam amaritudinem abicienda est. Habet enim uirtutem dissoluendi consumendi & attrahēdi & est diureticū. ¶Vinum decoctionis eius radicis & radicis yreos cū liqricia. Va-

let contra inueteratam asma. Ad idem ualet emplastrum factum de puluere gencianæ & radicis yreos cum melle miscendo pectori applicando uel ungatur pectus cum unguentuꝫ dialteæ cui misceat᷑ puluis radic. yreos & magnum præstat præsidium. ¶ Iteꝫ epilanticis confert puluis gencianæ cum aqua maioranæ ¶ Et puluis eius datus cū succo mentæ in potu prodest morsui animalium uenenosoruꝫ ¶ Et puluis gencianæ mixtus cum succo ceparuꝫ ualet contra morsum reptilium animaliū uulneri supponēdo. ¶ Item puluis gencianæ mixtus cum puluere abrotani cum succo arthemisiæ & parū mellis fiat pessarium matrici supponendo ad prouocanduꝫ menstruū fœtum mortuum & secundinam & miro modo conferre habet. Platearius ¶ Et uirtus eius magna existit aperiendo opilationes. & quando sumit᷑ succus gencianæ uel aqua decoctionis eius cum cinamomo ꝓdest dolori lateris & torsioni neruoꝝ & eoꝝ corrosioni & dolori epatis & stomachi ¶ Et puluis gencianæ mixtus cum puluere aloepatici curat ulcera corrosiua & fraudulenta ¶ Succus abrotani cum puluere gencianæ mixtus aufert morpheam albam. Platearius. Pandecta.

Ad inuete. asma
Pro epileticis
Ad Morsū aīaliū venenosoꝝ
Ad Mor. reptiliū aīalium
Ad Mēstr. fetū mor. & secūd.
Ad opilationes
Ad dolo. lateris
Ad tor/ dolo. neruoꝝ & eoꝝ corrosionē
Ad vlcera cor.
Ad Morph. albā
Ad do. Epatis & sto.



GENESTRA.

¶Geneſtra eſt frutex calidæ & ſiceæ complexionis in ſecundo gradu. & producit flores citrini coloris ſimiles figuræ lunæ. & ſemen eius eſt calidum. & in flore eius & ſtipite eſt humiditas ſuperflua cuȝ uir-tute inciſiua quare multiplicat uomitũ. & ſunt omnes partes eius conturbatiuę inciſiuę ſubtiliatiuę & prouocatiuę. nocet ſtomacho & cordi & cum melle roſſ. tollitur eius nocumentum & cũ maſtice. Semẽ


autem eius propinandum est cum aqua mellis rosarum aut cum semine anisi aut feniculi aut auferunt nocumentum florum uel semine genestæ. Et flos genestæ decoctionez mediocriter sustinet. Semen autem eius plus sustinet. Est autem alia quæ uocatur genesta frigidæ & siccæ complexionis similis genestæ superiori: sed minor est & habet stipites minores & angustiores & album florem facit. Pandecta hæc dicit cap. de genesta. & diascorides simili cap. dicit quod semen genestæ & flos bibitus cum mulsa humores uomitibus purgat. Ioannes mesue dicit p uomitum & per uentrem educit flegma & per iuncturas forti motione educit. & mundificat renes ab omnibus superfluitatibus & prouocat urinam fortiter. & frangit lapidem in renibus & uesica neq permittit materiam figi in eis neq lapidem condensari. Ad hæc omnia potus ex semine & floribus genestæ factus conferre habet isto modo. Recipe florum genestæ & seminis eius & semis anisi & feniculi añ .m. ʒ.s. radicũ spargi & petrosilini añ ℥.s. masticis.ʒ.s. fiat omnium decoctio in uino & aqua añ lib.i. ad cõsumationem tertiæ partis & colatum dulcoretur cũ melle rossarum & fiat potus sumendus ut supra. Idẽ ualet ad apostema splenis. Itẽ aqua decoctionis florum & seminis eius cum aqua plantaginis ualet contra dissinteriam & fomentum ex tali factuz ualet ad constringendum fluxum menstruorum. Pandecta.



GRAMEN.

¶Gramen est frigidũ & siccũ in principio primi gradus. Aqua decoctionis eius & radic. petrosilini ualet contra dissuriã & frangit lapidẽ & curat uulnera uesicæ & prouocat urinam & est conglutinatiua & curat reuma uentris. Item succus graminis uulnera recentia dum sunt sanguinolenta conglutinat. Sed semen eius prouocat urinã & desiccat qđ currit ad stomachum & intestina ex humiditatibus quia uir-

tus eius est testificatiua sine stipticitate. Item radix eius est sanguilentorum ulcerum consolitatiua ipsa radix cũ succo eius desuper cathaplasmata & id cõfert. Item elixatura graminis torsionibus uentris & dissuriæ medicatur uulnera uesicæ optime curat & calculos frangit & urinam prouocat. Canes quando uolent se purgare hanc herbam manducant. Iteꝫ in splenis dolore ualet uinum decoctionis graminis & scolopendriæ & radicis fraxini cum paruꝫ zucari miscendo & potum talem administrando. Sed talis decoctio sine zucaro ualet ipsi spleni ab extra applicando ipsum spleneꝫ fomentando inde mox sentiet beneficium. Pandecta ca. de gramine. & Auicẽna eodẽ ca. dicit. Gramen facit coherere plagas seu uulnera sanguinea. Et decoctio eius cũ diptamo ex semine petrosilini saxifragæ in uino extrahit lapidẽ. Et semen eius in uino decoctum uel aqua prouocat urinam prouocatione forti & abscindit uomitum & fluxum uentris. Pandecta autoritate galieni. Itẽ succus graminis cuꝫ parum abrotani puluerizati & parũ mellis in potu datus ualet contra uermes seu lũbricos a proprietate. Sed ab extra ualet succus eius cum felle thauri mixtus in testina ungendo. Itẽ succus graminis cum herba & parum aceti ualet contra ignem sacrum.



HERMODATTVLVS:

¶Hermodattulus est herba quæ crescit in fine au-
tumni. Et quidam habet florem album & quidaȝ ad
nigredinem declinanteȝ. & est quidam dattulus ha-
bens florem rubeum sed album florem deferens est
melior alii sunt tanquam uenena. Et est calidum &
siccum circa secundum gradum. Auicenna secundo
libro capitulo de hermodattulo. Et solutione edu-
cit flegma a iuncturis. & est medicina conferens ar-

theticis passionibus. Et quia nocet stomacho & nau
seam præstat & uentositates ĩpregnat ideo ualet ra-
dici hermodattuli miscere zinciber & masticẽ & ci-
minum & doss. eius est a. ʒ. i. ad. ii. Mesue. Hęc radix
si crudæ comedatur occidit strangulando sicut fun-
gus occidit. Serapio eodem capit. Ne aliquis erret
comedendo radicem hermodattuli loco ceparꝫ quia
est dulcis & delectabilis saporis. & radix confert il-
lis comedentibus fungos malos est eis summum re-
medium. Item albus est bonus podagræ sed rubeus
occidit. Serapio idẽ confirmat Mesue. & radix her-
modattuli puluerizata exiccat uł cera antiqua & ab
stergit ea cum parum melle miscendo. & est calidū
& siccū in tertio Mesue. Et radix hermodattuli ua-
let uariolis & melior ex eo est qui ẽ albus exterius.
Niger uero & rubeus sunt ambo ĩterficiẽtes & eius
radicis nimius usus facit commouere sanguinem &
inducit eius adustionem & nocumentum magnum
& egritudines sicut erisipilaꝫ in capite & aliis parti-
bus corporis. Serapio. Item radix eius habet uirtu-
tem attrahendi & consumendi & dissoluẽdi. & aqua
feniculi decoctionis radicis hermodattuli ualet illia
ca & colica passionibus febre non existẽte acuta. &
puluis radicis eius ualet benedictæ laxatiuæ miscẽ-
do purgando humores in articulis peccantes. & pul
uis eius cuꝫ sapone ualet fistulis ĩponere. Pandecta.




IVSQ VIAMVS.

¶ Iusquiamus est frigidæ & siccæ complexionis. Et ex eo deterius & fraudulẽtus ẽ nigruz deinde rube[redacted] sed album est magis in colume. Et ẽ id quod administratur. Si autẽ non reperitur albũ administretur rubeum & aliter nigrum semper ¶ Nigruz est frigidum & siccum in fine tertii & album in principio ipsius Auicenna ca. de iusquiamo. & est superfacti[redacted] & absindit fluxum sanguinis & sedat sua stupe-

upfacti uuz

Ad fluxũ sãg^nis

factione dolores percussos & sedat dolorez aposte-
matum calefactorum præter naturaliter ideo ualet
erisipile eius succus cuz parum aceti. Et succus eius
cum furfure tritici & paruz aceti ¶Et succus eius se-
dat stupefactionem & dolorem testiculorũ ¶Et suc-
cus iusquiami cum succo herbæ peralisis cum quo
epitietur locus dolorosus artaticæ passionis & ma-
gnum præstat iuuamentum & bibatur. ℈. de semine
albo cum ydromelle añ & eo melius ualebit ¶Item
succus uel oleum eius sedat dolorem auris tepide ĩ-
ponendo ¶Et succus eius cum aceto uel uinum de-
coctionis eius cũ aceto & piretro ualet dolori den-
tium ¶Et succus eius cum aqua rosarum applicatus
fronti inducit somnuz ¶Et si ex foliis ipsius comeda-
tur aliquid conturbat rationem ¶Item succus folio-
rum ipsius linitus super oculos sedat eorum dolores
& prohibet fluxum humorũ ad oculos ¶Et fit ex fo-
liis iusquiami emplastrum cum parum aceti ualet
apostematibus mamillarum ¶Et eius succus cuz fo-
liis iusquiami mixtum in modum pessarii ualet do-
lori matricis & abscindit fluxum menstruorum ¶Itẽ
usus eius ẽ uenenũ quo ratio permiscetur & destru-
it memoriam & inducit inaniam ¶Item contra instã-
tiam uigiliaꝝ in acutis febribus ualet inducere som-
num fomentando pedes & tempora cuz aqua deco-
ctionis folioꝝ iusquiami sed ad frontez addatur lac
mulieris cũ albumine oui & parũ aceti. Platearius.



ISOPVS.

¶Isopus alius est montanus: alius in ortis repertus calidus est & siccus in tertio gradu. confert pectori & pulmoni. & contra asma & tussim antiquam decoctio ysopi & yreos cuz ficubus & liquiricia isto modo. Recipe foliuz ysopi millisse añ. m. i. radicũ yreos & lilii añ. ℥. ii. liquiriciæ enulę cãpanæ añ. ℥. i. ficuum numero. ix. omnium contusorum fiat decoctio in uino & aqua añ. lib. i. ad consumationez ter-

tiæ partis colatum dulcoretur cum zucaro uel mel le despumato & fiat potus sumẽdus mane & sero tepide pro qualibet uice i quãtitate medii ciphi quo consumpto sequentes pillulæ sumant. Recipe masse pillularum de agarico. ℈. ii. masse pillularũ agregatiuarum. ℈. i. agarici. ℈. s. salis gemme gra. i. misce cum sirupo de ysopo & fiant pillulæ. ix. Deinde sumatur dyaysopum uel dyaprasum uel dyadragantum calidum pro confortatiuis. hæc omnia ualent prædictis discrasiis a causa frigida prouenientibus. Item uinum decoctionis ysopi & ficuum siccarum & liquiritiæ ualet contra tussim frigidã. Vinum etiam decoctionis ysopi & ficuũ & seminũ feniculi petrosilini ualet dolori stomachi & intestinorum. & si cum hiis decoquitur arthemisia mundificat matricem a suis superfluitatibus frigidis. & fomentum factum ex decoctione foliorũ ysopi & arthemisiæ & abrotani in uino ualet matricis a suis superfluitatibus mundificando & abstergendo. Item contra catarrum frigidũ & casum uuluę fiat gargarismus ex decoctione ysopi & florum rosarum & piretri cum uino & parum aceti. postea uulua subleuetur cum digito & super spergatur puluis zinciberis & piretri. Auicenna.



YREOS VEL IRIS.

Iris & yreos conueniunt in foliis & differunt ī floribus. Vnde uersus. yris purpuream florē gerit yreos album. Gladiolus croceum sed spatula fetida nullum. Calidum & siccum est in fine tertii. Radice utimur in medicinis. & una radix pro alia poni potest. Platearius: Virtutem habens diureticam dissolutiuam & aperitiuā. ideo ualet contra opilationē splenis & epatis. renū & uesicæ & cōtra uitium pectoris


& pulmonis & stomachi & intestinorum ex uento-
sitate. & contra ydropisim ex causa frigida pro hiis
omnibus discrasis prodest uinum decoctionis radi-
cis yreos & ysopi et seminum feniculi petrosilini ani
si liquiriciæ cum paruz mellis despumati miscendo.
Item puluis radicis yreos prodest ulceribus putri-
dis quia carnem mortuam et putridam et superflu-
am corrodit. Et puluere radicis yreos et thuciæ cuz
aqua rosarum uel feniculi fiat colirium et ualet ad
pannum oculorum. Habet etiam uirtutem abster-
siuam et mundificatiuam & digestiuam. ideo succus
radicis eius & parum pulueris esulę cum aqua mel-
lis miscendo purgat flegma grossum & educit ipsuz.
Et aqua decoctionis radicis yreos cum parum elle-
bori albi & cerusæ. faciem mundificat eius pannum
& lentigines auferendo. Item succus radicis yreos
mixtus cum melle rossarum uel puluis radicis eius
confert ulceribus sordidis & facit nasci carnem i fi-
stulis et aliis ulceribus. Item puluis radicis eius cuz
axungia porci mixtus lenificat duricies et apostema
ta grossa et scroffulas. Item eius oleum ualet i spas-
mo et paralisi et siaticæ et contritioni lacertorum.
Item aperit etiam orificia uenarum emoroidarum
et aufert geomoream et polutionem et puocat mē-
strua cum uino decoctionis eius. Item eius oleum
cum oleo rosarum et parum aceti remouet sodam.
Et puluis eius facit sternutationem. Auicenna.



IVNIPERVS.

¶ Iuniperus est calidum & siccuȝ in tertio gradu cũ reperitur in receptis fructus intelligitur. Habet autem uirtuteȝ dissoluendi & consumendi. & ualet cõtra fluxum uentris ex scammonea uel alio acuto laxatiuo adherente uilis stomachi & intestinorum fiat decoctio iuniperi in aqua pluuiali & patiens se submergat in tali aqua usq; ad umbilicũ. & uinũ decoctionis iuniperi & radicis yreos confert strangu-

riæ & dissuriæ & iliacæ passioni. Item oleuꝫ iunipe ri efficacissimum est contra quartanam ex melanco liam detur oleum in quantitate. ʒ. ſ. in cibo uel alio modo materia digesta. Vngantur etiam partes do lentes in yliaca & strangurea passionibus. & contra epilentiā ungatur spina dorsi. idē ualet contra quar tanam ut supra ungendo spinam dorsi & pulsuū ma nuum ante peroxismum per horam. Item ualet etiā oleum iuniperi contra uicium lapidis iniciatur per siringam. contra asma inueteratum ex frigida causa detur fructus cum ficubus siccis. Vel detur uinum decoctionis fructuum iuniperi & ficcum siccarum & liquiriciæ. Platearius. Oleum etiam ualet contri tioni lacertorū & doloribus pectoris & in tussi cuꝫ oleo amigdalarum dulcium mineram pectoris cir ca ignem ungendo. Oleum etiam ipsius ualet dolo ribus iuncturarū. Vinum decoctionis iuniperi ape rit opilationes circa stomachum factas & matricis & confert doloribus eius & fomentetur matrix cuꝫ decoctione iuniperi & arthemisiæ & radicis yreos & mundificatur matrix prouocando menstruum. Oleum expellit nocumentuꝫ puncturę animalium uenenosorum ungendo locum puncturę ipso oleo. Auicenna eodem capitulo.



YRINGVS.

¶ Yringus est calidus & humidus in primo & humiditas amplior est caliditate sua. & usus radicis ī melle conditæ augumentat multum sperma & auget in coitu & ad uirgæ erectionem & præstat bonum nutrimentum. Serapio eadem causa & Auicenna. & radix yringi cum aliquali specie aromatica comeditur aut cuȝ melle aut zucaro & cinamomo conficiatur. yringus est species spinę cuius folia apponuntur ole

tribus & melius præstat nutrimentum &c. & uirtus ipsius radicis yringi est sicut uirtus bauciæ siue pastinacæ domesticæ. Item radix yringi idest secacol cruda comesta curat geomoream. Pandecta eodem capitulo & folia yringi & plantaginis in aqua & aceto cocta conferunt inflationi stomachi & apostematibus oculis & aliis apostematibus calidis. & quidaʒ dicunt quod flos huius herbæ cuius color est purpureus si bibatur aqua decoctionis eius confert est squinantię & epilentię quę accidit infantibus. & succus eius inunctus super apostemata calida lumboꝝ sedat eorum pulsum seu pulsationẽ. Pandecta & quã do bibitur succus radicis yringi albi coloris prouocat urinam & menstrua dissoluit inflationes & torciones stomachi. & quando bibitur cum uino decoctionis radicis eius ualet dolori epatis & morsibus uenenatis. Pandecta. Item Serapio dicit uerũ yringum tempore ueris in sumitate eius deferre florem cuius color est sicut color uiolaꝝ. nisi quia sunt maiores eis. & quando cadunt flores habet semen ĩ quãtitate ciceris plenum humiditate nigrum dulcis saporis. Serapio eodem capitulo.



LILIVM

¶Lilium eſt calidum & humidum ī primo. & eſt domeſticum cū albis floribus. ualet ad apoſtemata frigida maturanda cum axungia & oleo tritum & coctum et ſuperponatur. Item radix lilii cū radice brācæ urſinæ. & radice alteæ mutuo coctæ cum uino et coletur et colaturæ addatur cera et oleum añ. quod ſufficit et fiat unguentum cōtra uicium ſplenis et duriciem eius. Et radix lilii domeſtici cum aceto mu-

tuo conquassata ualet contra malum mortuum siue scabiem malam ipsam ungendo. et uirtus radicis est quæ desiccat desiccatione temperata et abstergit ab stersione temperata. et radix mundificat et maturat. Item radix lilii et radix alteæ mutuo bulita in aqua in modum pultis cum butiro mixta in modum em-plastri ualet potissime in passionibus pectoris tale emplastrum pectori tepide applicando erit in asma te uel in tussi sicca pro mollificatione materiæ fleg-maticæ in pectore uel pulmone peccantis ut eo faci lius poterit per uiam screatus eã euacuare. Item ra-dix lilii cum aceto cocta seu assata maxie ualet i cõ-bustione ignis uel aquæ calidæ. Item oleum lilii ua let ad remouendum tinitum aurium & ad sedandum dolorem auris unde ponatur parua quantitas talis olei tepefacti in aurem & prodest. Item radix lilii do mestici est bona ad incarnandũ omnia ulcera & mol lificat duricies matricis & ꝓuocat menstrua. & ole-um lilii resoluit sine mordicatione & mollificat. ideo confert duriciei matricis ipsam matricem ungendo cum unguento superius dicto de asmate uel de tussi sicca uel cum radice lilii assata cum oleo lini & buti-ri fiant pessaria suo modo applicanda & ualebit mul tum. Pandecta. Serapio. Platearius.



LVPPVLVS.

¶ Luppulus est calidum & siccum in primo gradu: ad frigiditatem declinans. Est autem sedatiuus dolorum calidorum & extinguitiuus inflammationuȝ et lenitius. indiget rectificatiõe quia aperit orificia uenarum propter quod miscendũ est ei aliquid ex draganto aut mastice et rectius quod uigorat eius operationem ē aqua casei cum spica et mastice. Pandecta ca. de uolubili. Luppulus educit solutiõe cole-


ram citrinam et mundificat sanguinē ab ea & clari-
ficat ipsum et sedat inflationem eius et offert ei iuua
mentū magnū īfusio luppuli ī aqua casei. et sirupus
luppuli remouet ycteríciam et confert in ydropisi
a causa calida. isto modo fiat sirupus. Recipe succi
luppuli et endiuiæ et scolopendriæ añ lib.i. florum
uiolarum et boraginis uuarum passularum añ.m.i.
seminum anisi. ordei: quattuor seminum frigidoruȝ
maiorum añ.ǒȝ.ʃ.aceti: uini albi.ǒȝ.i.omnium fiat
decoctio ad consumationem medietatis. colatū dul
coretur cum zucaro albo et fiat potus quo utatur
mane et sero ut decet postea sumātur pillulæ tales.
Recipe masse pillularuȝ de reubarbaro.℈.ii. masse
pillu.de fumoterræ.℈.i.dyagredi gra.iii.misce cuȝ
sirupo de fumoterræ et fiant pillulæ .ix. et suman-
tur triasandali uel dyarodon abbatur pro conforta
tiuis. Item succus luppuli cum sorbello ordei ualet
in dolore capitis a causa calida et confert etiam cale
factioni stomachi et epatis. sirupus iam dictus pro-
dest febribus colericis et sanguineis et solutiōe edu
cit coleram adustam cum facilitate et aperit opila-
tiones epatis et splenis et miseraicarum. Iteȝ succus
luppuli cum aqua casei uel endiuiæ multum ualet
in ycterícia et confert apostemati epatis calidi. Pan
decta ca.de uolubilo.



LAPPACIVM ACVTVM.

¶Lappacium acutum est calidum et siccum in tertio secundum platearium. et sunt duæ species. scilicet acutum et rotunduз et dicitur acutum quia acuta habet folia rotundum rotunda habet folia. Cum simpliciter ponitur rotundum intelligitur. Lappacium acutum ualet contra scabiem impetigineз seu serpiginē in modum unguenti. Recipe succi lappacii acuti lib. ʃ. olei nucū quar. i. et ʒ. ʃ. picis buliāt

ſimul et coletur et colaturę addat pulueris ſulphu-ris et tartari añ ℥.ſ.miſce fiat unguentum. Item ad apoſtema maturandū recipiatur lappacium acutum & in oleo coctum & cum axungia porci mixtū. Va-let etiam contra duriciē ſplenis ſuccus lappacii acu ti cum ſtorace liquida & armoniaco & aceto con-ficiatur & dimittat ſic tribus diebus. poſtea fiat de-coctio & coletur & colaturæ addatur cera & oleum quantum ſufficit & fiat unguentum. Item uinum & aqua decoctionis eius & radicum bruſci & ſpargi ſol uit opilationem ſplenis & epatis. cōtra ſcrofulas & nodoſitates in corpore uel alias excreſentias cutis. ualet emplaſtrum ex radice lappacii acuti & axun-gia ſimul tritis. Semen lappacii acuti habet quid ſti pticum manifeſte. ideo ſuccus lappacii acuti & plā-taginis cofert in diſſenteria & dyarea. Pandecta ca-pitulo de lappacio acuto. Item contra ſtranguriam & diſſuriā fiat decoctio lappacii acuti & radicis yre os in uino & bibatur. & ad id ualet decoctio lappa-cii acuti & radicis yreos & petroſilini i uino & oleo pectini ſupponatur. Idem prouocat urinam in mul-ta quantitate. contra ydropiſim nomine leuco fleu-manica fiat potus ex ſucco lappacii acuti lib.i. & ui ni lib.ſ. fiat decoctio cum ℥.i. eſulæ & radicis yre-os ℥.ſ. cum melle deſpumato detur patienti colatu ra. Platearius.



LACTVCA.

¶Lactuca eſt duplex.ſ.domeſtica & ſilueſtris. Virtus lactucæ domeſticæ eſt frigidæ & humidæ complexionis tẽperate. decoctio lactucæ ĩ aqua & parũ aceti cõfert a poſtematibus calidis & eriſipile ſuper ea emplaſtrando. & lactuca ſumpta in uia cibi abſcindit ſitim & abſcindit etiam diſtillationẽ humiditatis ſpermatice & cõfert pollutioni quæ fit in ſomno. Ad idem ualet ſemen eius in potu ſumptum. Ex

Apostema c
Erisipulla
Sitis
Distil. sperm
atis
Pollucio

rebus eniȝ quæ sunt contrariȩ spermati est sēme la-
ctucæ quando bibitur cum aqua. & lactuca est me-
lioris nutrimenti & melioris humoris omnibus ole
ribus aliis quia ipsa generat sanguinem quēcunque
multum non malum immo bonum ī fine bonitatis.
Serapio ca. de lactuca. & non reperio aliquaȝ her-
bam cum possim curare adeo uigilas sicut cum illa
herba. Humor enim qui generatur ex ea ē frigidus
& humidus. et non accidit ex ea nocumentum sicut
accidit ex aliis oleribus et non restringit uentrē nec
laxat eum quia non habet stipticitateȝ nec pontici-
tatem nec salsedinem nec acuitatē. et uniuersaliter
non est in ea uirtus abstersiua uel uentris laxatiua.
Item lactuca emplastrata cum suo succo apostema-
ti calido manifestabitur eius infrigidatio. Item la-
ctuca domestica est bona stomacho et infrigidat uē
trem et facit dormire et mulieribus prouocat lac. et
quando ipsa decoquitur in cibis præcipue cū carni
bus recentibus ē boni nutrimenti notāter in corpo-
re præternaturaliter calefacto ideo ualet colericis.
et in febre acuta lactuca multuȝ ualebit cum paruȝ
aceti aministrādo in cibis cocta uel cruda comesta.
et aqua decoctionis lactucæ cū paruȝ zucari ualet
cōtra opilationē splenis et epatis et somnū inducit.
et semen eius cuȝ lacte mulieris et albumine oui su-
per frontem unguendo inducit somnum. Se.

Pro lacte mulieris

Ad calorem [illegible]

Ad feb. acutam

Ad opila spl[enis] et epa[tis]

Ad somnu[m]



LEVISTICVS.

❡Leuiſticus calidus eſt & ſiccus in ſecundo gradu. ſemen & radix nō herba in medicinis debet poni cū inuenitur ī receptis. Virtutem habet diureticā aperiendi: extenuandi. Vnde uinum decoctionis leuiſtici confert contra opilationē ſplenis & epatis a cauſa frigida uel aqua decoctionis leuiſtici ualet ad idē a cauſa calida. Sed melius iſto modo diſpenſabit' potus ad idem cōueniens. Re. ſucci ſcolopēdria lib. i.

succi absinthei quar.i.florum luppulorum:boragi-
nis: seminum leuistici : feniculi: petrosilini añ.m.i.
uuarum passularum.radicum brusci: spargi reupon
tici añ.ǒʒ.ß. liquiriciæ .ʒ.ii. omnium grosso modo
contritorum fiat bulitio in aqua lib.ii. cum parum
aceti ad consumationem medietatis colaturæ adda
tur zucari albi.q͞p sufficit pro dulcoratione & fiat po
tus mane & sero sumendo tepide eo modo ut supra
in aliis capitulis insinuatum est. Quo potu cōsum
pto sequentes pillulæ sumantur. Recipe masse pil-
lularum de miserion masse pillularum de lapide la-
zuli añ.ʒ.ß.turbit.℈.ß.zinciberis gra.iii. misce cuʒ
sirupo de scolopendria & fiant pillulæ.ix.Et pro cō
fortatiuis sumatur dyairis solomonis uel dyacoros
uel dyacaperis. Et idē potest conferri in febri quar-
tana uicio opilationis splenis proueniente. Item ui
num decoctionis leuistici & radicis galangæ & cina
momi ualet contra dolorem stomachi: splenis et in
testinorum ex uentositate factum. Item puluis semi
nis leuistici & cinamomi & reupontici & galāgæ cū
zucaro albo miscendo in modum trageæ de qua tra
gea detur in cibis & ualebit ad idem iam dictū dolo
rem stomachi et intestinoruʒ et splenis. Platearius.



LAVENDVLA

¶ Lauendula est calidæ & siccæ complexionis quæ sua aromaticitate cõfortat neruos. & sua calefactio- ne consumit materiã paralisis. isto modo dispensan- do sirupum. Recipe florꝝ lauendulæ: maioranæ: sti- cados arabici añ. m. 5. florum rosimarini. seminis co riandri prẹperati cubebarꝝ seminis: rutẹ: castorei añ . ʒ. ii. omnium ipsorꝝ contusorꝝ fiat decoctio in uino & aqua saluiæ añ lib. i. ad consumationem tertiæ p-

tis coletur & colaturę addatur zucari albi quod suf-
ficit & fiat potus sumendus mane & sero tepide pro
qualibet uice ī quantitate medii ciphi, quo potu cō
sumpto sequentes pillulæ sumantur. Recipe masse
pillularum cochiarum: masse pillu. de hermodatu-
lo añ.ʒ.ſ.turbit.℈.ſ.zinciberis gra.iii.misce cuʒ si-
rupo de sticados & fiant pillulæ.vii. Pro confortati
uis sumantur electuarium pliris arcotiden uel dyan
tos uel dyacastorium &c. Fiat etiam caput purgiuʒ
uel sternutatorium contra prædictā discrasiam ner-
uorum uel paralisis. Recipe pulueris florum uel fo
liorum lauendulæ florum rosismarini seminis basili-
conis & nigellæ añ.ʒ.i.piretri:zinciberis añ.ʒ.ſ.de-
coquātur in aqua saluiæ & eius colatura attrahatur
per nares & purgabitur inde cerebrum. Vel misceā
tur prædicta pulueriz ata & naribus attrahatur talis
puluis erit sternutatorium ꝓ purgatione capitis uel
cerebri a quo omnes nerui habent originem tanquā
riuoli ex fonte. & nucha siue posterior pars colli un-
gatur cum oleo castorei cui puluis erucæ & parum
croci & cinamomi misceantur uel cum oleo lini uel
oleo uulpino & confert.



LAVREOLA.

¶Laureola calida & sicca in quarto: frutex cuius se men usui medicinæ competit. & appellatur coconi dium. & cum reperitur in receptis laureola uel mi serion fructus eius idest coconidiũ intelligit᷑. Vir tutem habet purgandi flegma & colerã. unde & sa nis & egris non multum febricitãtibus potest dari. & quia nocet epati ideo eius acuitas frangitur cum aceto i quo humectetur & exiccetur. et eius malitiã

etiam corrigitur cum succo absinthei uel muscilagi
ne psilii uel succo portulacę. et sunt duæ species me
lius miserion est in quo sunt plurima folia & similia
foliis oliuæ & subtiliora. Et est acutum mundificati
uum & excoriatiuum. Valet ergo succus laureolæ
cum parum aceti cum litargiro & cerusa mixtus ad
morpheam & alboras & ad lentigines liniendo eas.
Et quando miscetur ei sulphur & administratur ua-
let ad ulcera sordida & ad malam speciem scabiei cũ
melle miscẽdo. Item aqua decoctionis laureolæ cũ
parum aceti ualet in dolore dentium. Item soluen-
do educit aquam citrinam & flegma & melancoli-
am. Infusio foliorum eius uel semina in aqua absin-
thei uel fumiterræ cuȝ zucaro dulcorando ualet in
ydropisi de frigida causa. Idem ualet in difficultate
urinæ uehementer. Caueas ne des in substãtia quia
multum molestat corpus humanum. Et pillulæ de
miserio fiunt inde quibus misceantᷣ aliqua grana co
conidii quo ad eius pulpam cum parum masticis &
soluunt mirabiliter aquã citrinam ydropisi. Ad re-
primendum eius acumen quia naturam mouet sur-
sum per uomitum & deorsum per uiam intestinorũ
lubricando. Puluis ergo coriandri & seminis plan-
taginis diu buliantur in oleo & ex tali oleo ungatur
pecten & intestina & renes propter strangurеam &
dissuriam. Et oleum decoctionis eius ualet ad au-
res contra sorditatem. Platearius. Serapio eodem
capitulo.



MELLISSA.

¶Mellissa calida & sicca est in secundo gradu. uiridis & sicca magnæ est èfficatie exiccata prius ad solem postea in umbra ad annum seruatur. Virtutem habet confortandi: consumendi: dissoluendi & extergendi similem habet effectum maioranæ. Item decoctio mellissę & arthemisiæ & matricarię in uino cuȝ parum zucari albi. colatuȝ dulcoret & multũ ualebit prouocãdo menstruũ. & mundificando matricẽ

ad conceptionem adiuuat. ad idem ualet ad fomentandum matricem cum uino decoctionis melliſſę & matricariæ & arthemiſiæ. Ad idem ſimiliter uidelicet peſſarium ex prædictis herbis cōtuſis factum cū ſucco ceparum inunctum. & uinū decoctionis melliſſę & corticis citri & parum cinamomi ualet cōtra ſincopim quia multum confortat cor. Auicenna de uirtutibus cordis. dum fuerit ſincopis a cauſa frigida. Itē melliſſa in uino decocta cum altea & oleo cathaplaſmata ſuper dura apoſtemata maturat ea. Et idem ualet contra duriciem ſplenis & epatis quia eā relaxat & reſoluit. Idem confert puncturæ ſcorpionis uel morſui canis membrum leſuꝫ emplaſtrando. Item melliſſa ore maſticata cum parum piretri confert dolori dentium & aqua decoctionis melliſſæ & ſeminis plantaginis confert diſſentericis ſi cuꝫ aqua pluuiali decoquantur ualebit eo melius. Item uinū decoctionis melliſſę & radicis yreos & liquiricię cū parū zucari opitulatᷣ aſmaticis & anheloſis. et quādo fit emplaſtrum cum melliſſa et premula ueris et ebuli & alteę cū oleo caſtori et camomillarum ſedat dolorem iuncturarum ſcilicet podagrę: cirogrę &c. Proprietas melliſſæ ī cibis comeſtæ ē letificare cor. et facit digeri cibum groſſum aperit opilationes cerebri et remouet accidentia ſolicitudinis et timoris quæ accidunt a melancolia et humore aduſto. Pandecta eodem cap.



MILLEFOLIVM

¶Millefolium eſt herba habens folia ſimilia foliis feniculi et plurimiſq; foliis fulcitum eſt unde ſumpſit nomen.et eſt frigidæ et ſiccæ cõplexionis. Vulnera conglutinat eius ſuccus et ſine tumore perſeruat. Succus millefoliis cũ decoctione piretri i aceto mixtus confert dolori dentiũ a cauſa calida. Dyaſcorides autoritate Pandectæ capitulo eodem. Valet ét ſuccus eius cõtra urinæ difficultatem.et idem Ad Dente

ualet contra calculum cum aceto miſcendo. Pande-
cta. Galienus. vii. ſimpliciu3 capitulo de millefolio
dicit ꝙ millefolium eſt ſiccatiuæ uirtutis intantum
ut conſolidet uulnera. Ad ignem ſacrum ſummum
remedium eſt. Succus millefolii cum ſucco ſemper-
uiuæ cum aceto mixtus præſidium præſtat magnũ.
Et millefolium ſecundum Plinium caulis ē tener ſi-
milis feniculo plurimiſꝗ foliis unde et nomen acce
pit. naſcitur eſt paliſtribus locis. Eius emplaſtrum
factum cum millefolio et edera terreſtri contuſis cũ
parum aceti et cum piretro contrito miſcendo et ſu
per maxillam applicando multũ confert. Et ſi de ea
dem mixtura aliquid apponatur denti dolenti uale-
bit eo efficatius. Et fiat emplaſtrum cum millefolio
& plantagine & urtica cum aceto & ſale miſcendo
applicando pulſui manuum & pedum ante peroxiſ-
mum per horam aufert febrem perioticam. Confert
etiam aqua decoctionis millefolii & plantaginis &
burſæ paſtoris & roſarum contra fluxum ſanguinis
uel contra fluxum quæcunꝗ uentris. Vel implaſtre
tũr ſuper inteſtina millefolium contuſum cum plã-
tagine & burſa paſtoris cum albumine ouorum mi-
ſcendo & ſuper inteſtina emplaſtrando hoc multum
ualebit contra fluxum inteſtinorum.




MALVA.

¶Malua frigida est in primo: humida ĩ secundo gradu. Cuius duplex ẽ maneries scilicet domestica quę in ortis et ferre in omnibus locis reperitur. Et ẽ siluestris quæ maluauiscus et bismalua dicitur et crescit altius et latiora habet folia et habet uiscosaʒ humiditatem quæ est minus frigida. Malua cocta cuʒ uermiculari et aceto in principio applicata apostemati calido confert. Ad maturandum apostemata

Ad Apostem

folia maluæ cũ radice alteæ et farina fenugræci bu-
liantur cum axungia porci recenti miscendo & ipsa
apostemata indurata emplastrando & eius duricieꝫ
tollet. Idem confert ad duriciẽ splenis & epatis. ¶Itẽ
fomentum factum quantum ad pedes cũ decoctio-
ne maluæ & florum camomillarum & absinthei ua-
let ad somnum prouocandum ĩ febribus acutis. ¶Iteꝫ
malua cum merculiali cocta cum carnibus aut ole-
ribus & comesta soluit uentrem ĩ febribus propter
uentris constipationeꝫ. ¶Item ad menstrua prouocã-
da recipiatur radix maluæ in modũ digiti & aliquã-
tuluꝫ radatur exterius & inungatur cũ melle & po-
stea aspergatur puluere scamoneæ & supponatur &
certum est remediũ. ¶Itẽ maluauiscus siue altea plus
ualet in præsenti casu q̃ malua quia magis mollifi-
cat et maturat quaꝫ folia uel radix maluæ etiam so-
la radix alteæ cum axungia porci trita posita supra
apostema maturat eius duriciẽ et mollificat et rela-
xat. ¶Vel fiat unguentum isto modo. Reci. succum
maluæuisci et pulueris farinæ fenugræci et farinæ
seminis lini cum parum butiri et olei et ceræ fiat ex
illis unguentuꝫ quo ungãtur apostemata indurata.
¶Item unguentum multuꝫ prodest in duricie splenis
et contra discrasiã pectoris et contra tussim ex cau-
sa frigida. et ualet contra asperitatẽ pectoris et pul-
monis. Serapio.

Ad duriciẽ splenis et epatis
Ad Prouocationẽ sõni
Ad solutioẽꝫ ventris
Ad Menstrua
Ad Maturandu[m]
Ad duricieꝫ sple. Discrasiã pecto. Tussim. et asperitatẽ pectoris.



MENTA:

¶Menta calida & sicca est in secundo gradu: cuius plures sunt species. Est enim domestica & ortula dicitur & hæc mediocriter calefacit & confortat & est alia siluestris quæ mentastrum dicitur & hæc maiorem habet uirtutem calefaciendi. Menta domestica magis competit usui medicinæ & uiridis. & exiccata est magnę efficatie. Debet autem exiccari in umbroso loco per annum seruatr menta in uirtute ma-

gna. Virtutē habet dissoluendi & consumendi & cō
fortandi ex aromaticitate ¶ Itē ad apetitū prouocan-
dū uicio materiæ frigidæ & humidæ peccantis ī ore
stomachi salsamentū ex menta & cinamomo & galā
ga & paꝝ piperis cū aceto miscendo ¶ Itē succus mē-
tæ ortulanę cū aceto mixtus ualet cōtra fetorē oris:
gingiuaꝝ & dentium os inde abluendo. Postea fricē
tur dentes cum mentę sicca & eo melius ualebit ¶ Itē
decoctio mentæ cuꝫ aceto & albumine oui prodest
contra uomituꝫ applicata ori stomachi prouenien-
tē ex debilitate uirtutis retentiue ex frigida causa.
¶ Itē uinū decoctionis mentæ ualet contra sincopiꝫ si
fuerit sine febre. Cuꝫ febre autē ualet succus mentæ
cuꝫ paruꝫ aceti cum frusto panis tosti & humectati
in succo tali naribus applicando & inde fricentur la
bia & lingua & gingiuæ & dentes & tempora. & li-
getur super pulsatiles: uenas: tēporuꝫ & brachiorū.
& patiens etiā masticet mentā & humorositatē trās-
glutiat. ¶ Ad matricem mundificādam folia mentæ &
arthemisiæ & abrotani in uino & oleo buliantur &
matricem inde fomentando ¶ Itē menta & anetum co
cta cum uino & oleo & superponatur mamillis pro
dest contra coagulationē lactis. Iteꝫ decoctio duoꝝ
uel triū manipuloꝝ mentæ & scabisionæ ī uino sup-
ponatur intestinis confert contra colicā ¶ Iteꝫ uinū de-
coctionis mētæ & scolopendriæ & absinthei cū paꝝ
mellis despumati ualet contra opilationē splenis &
epatis & urinaliū uiaꝝ ex humore frigido causatā.



MELLILOTVM.

¶Mellilotū calidū est & siccū in primo gradu aipso ē stipticitas pauca cū resolutione. pp illud digerit. & est liquefactiuū superfluitatū. & resolutiuū subtiliatiuū & confortatiuū & sedatiuū doloris isto mō. Recipiātur flores keumi. id est flores uiolaꝶ citrinaꝶ & folia alteæ cū farina seminis lini & farina fenugræci & seminis papaueris cū butiro fiat emplastruȝ mitigatiuū doloris sup apostemata calida ap-

plicando. Idē ualet ad apostemata īdurata q̄a mol-
lificat & resoluit. idem ualet duriciez splenis & epa
tis & contra asperitatem pectoris & pulmonis ipsis
membris ab extra applicando ¶ Item succus mellilo
ti uel oleum melliloti distillati in aures confert apo-
stematibus earum & doloribus ¶ ex floribus mellilo-
ti & absinthei & maioranæ fiat decoctio cū qua de-
coctione embrocetur caput & sedabit sodā ¶ Itez de-
coctio florum melliloti & farinæ fenugræci & fur-
furis tritici cū aceto & applicata apostemati ani &
testiculoꝝ & iuuamentū præstat magnū Auicenna
eodem ca ¶ Item mellilotum habet uirtutem confor
tādi sua aromaticitate & diureticā ex subtilitate sub
stantiæ. Vnde uinum decoctionis eius confortat di
gestionem uentositatem resoluit opilationem renū
& uesicæ aperit ¶ Semen eius in brodiis & cibis com
mixtū confert ad prædicta & reddit cibū boni odo-
ris & saporis ¶ & succus melliloti cū succo celidoniæ
& cum parum pulueris uiridis potissimum ē reme-
dium contra cancrum et fistulam et emoroidas. Itē
suffumigatio camomillarum prouocat menstrua et
facit aborsum ¶ Item mellilotum coctum in uino cū
menta absintheo et emplastrum super stomachum
sedat dolorē eius ¶ Item flores melliloti et semē ane-
ti in uino cocta et emplastrata confert apostemati-
bus oculorum ¶ Item si manus alicuius liniatur suc-
co melliloti fortiter et sine lesione poterit portare
ferrum cādens intra manum. Pandecta.



MATRICARIA.

¶Matricaria idest arthemisia quod idem ẽ ut dicit Pandecta capitulo de arthemisia. & dicitur etiã alio nomine mater herbarum. Et est eiusdem complexio nis & uirtutis ut arthemisia: existit calida & sicca in tertio gradu. cuius folia competũt usui medicinæ. Et maioris sunt efficatie uiridia q̃ exiccata. Itẽ ma-tricaria confert ad conceptionem perficiendam & contra sterilitatem factam ex humiditate. Recipia-

Cõceptio


tur puluis matricariæ & mellissæ & rasuræ eboris cum uino potentur non parꝝ conferre habet ad cõceptionem notanter sumatur post fluxuꝫ menstruorum. Etiam mellissa & matricaria cum succo satirionis in uino bulita & emplastrata super matricẽ. uel matrix inde fumigata miro modo confert ad conceptionẽ post purgationem. Prodest etiam si balnietur mulier ĩ aqua ubi cocta sunt arthemisia mellissa. Matricaria. Et pessaria ex hiis herbis facta scilicꝫ conquassando has tres herbas iam dictas miscendo cũ rasura eboris & imponãtur ĩ pudendis & confert prouocando menstrua. Contra tenasmonem ex frigiditate recipiat patiens fumuꝫ colifoniæ positę super carbones deinde calefiat arthemisia super tectã addito taxobarbato & hiis herbis calefactis ponantur super lapidem molarem & sedeat patiens de super & anus intrabit. istud pro experto habetur. Et ualet contra glandulas quæ nascũtur circa aures & anũ: fiat prius circa ea loca scarificatio postea supponatur puluis arthemisiæ & marubii & prodest:



MAIORANA

¶Maiorana calida & ſicca in tertio gradu. uirtutem habet confortandi ex aromaticitate diſoluẽdi & cõſumendi & mundificandi ex qualitatibus ſuis: habet etiam uirtutem calefactiuam ualde. Et quando ſumitur in potu decoctionis eius in uino cum cathaputia & ebulo confert ydropicis ĩ principio eius & ſtranguriæ. Et quando ſuccus foliorum eius miſcetur cum melle & fit linitio cum eo aufert liuorẽ ſan-

guinis morfui qui est sub oculo. Et quando fit nasta le uel pessarium cum decoctione maioranę & abrotani cum albo contuso & prouocat menstrua. Item puluis maioranæ cum parum zinciberis & parũ piretri naribus inflatus purgat caput & confortat. Et uinum decoctionis eius stomachum confortat & digestiuam uirtutem. & infrigidatum stomachum calefacit similiter facit puluis maioranæ in cibo sumptus. Et tota herba etiam ipsius maioranæ ut supra cum origano calefacta super testam in sacculo posita & dolori stomachi uel intestinorum applicata dolorem ex uentositatibus aufert. Capiti etiam superposita prodest contra frigidum renua. Item fomentum factum ex decoctione maioranæ & arthemisiæ in uino cocta uuluæ applicando matricem mundificat & superflua consumit. Item maiorana cum aceto cõtusa & sale cõfert puncturę scorpionis uel aliorum animalium uenenosorum. Itez decoctio maioranæ cum foliis alteæ & farina fenugræci & seminis lini in uino in causa frigida uel cum aqua in causa calida miro modo sedat dolorem apostematũ flegmaticorum uel super tortiones lacertorum uel neruorum applicata. Ité succus eius cum melle linitus super uestigia facta post uẽtositationẽ delet ea ne appareant cicatrices. Item caput purgium factum cũ puluere eius ut supra aperit opilatiões cerebri ideo ualet ĩ epilentia & paralisi & tortura oris & emigranea idest dolor capitis. Serapio.



MARVBIVM.

¶Marubium ideſt praſſium calidum & ſiccũ in tertio gradu. Virtuteȝ habet diſſoluendi & conſumendi ex qualitatibus ſuis & ex amaritudine diureticuȝ eſt diſſoluit eniȝ & aperit. Eius potus confert diſcraſię pectoris & pulmõis ex flegmate uiſcoſo. ideo ualet contra aſma & contra tuſſim iſto modo. Recipe ſucci marubii lib. i. yſopi: melliſſæ. añ. m. 5. ficuum ſiccarum numero. vii. uuarum paſſularum. ʒ. i. li-


quiriciæ.roſ.ʒ.ii.draganti.ʒ.i.omnium contuſarũ fiat bulitio cum lib.i. uini albi ad conſumationem tertiæ partis:colatũ dulcoretur cum ſufficienti zucaro & fiat potus tepide ſumẽdus mane & ſero pro qualibet uice.℥.iiii. quo cõſumpto ſequentes pillulæ ſumantur. Recipe maſſe pillularum de agarico.℈.ii.maſſe pillularum fetidarum.℈.i.agarici.℈.ſ. ſalis gemmæ gra.i.miſce cum ſirupo de liquiricia & fiant pillulæ.ix. Altera die ſumatur dyapraſſium uel dyadragantum calidu3 pro confortatiuis. Et ab extra ualet ungere mineram pectoris cum unguento dyalteæ pro maiori mollificatione materiæ peccantis. Item ſola decoctio praſii & ficuum ſiccarum in uino ualet contra tuſſim ex frigida cauſa & ſi additur ſuccus liquiriciæ ualebit eo melius. Itẽ uinu3 decoctionis praſii & ſeminis feniculi confert ſtranguriæ & diſſuriæ & contra colicam paſſionem. Ipſa herba cũ foliis lilii & alteæ ĩ uino & oleo cocta applicata pectini & inteſtinis in modu3 emplaſtri ualet ad idem ex frigida cauſa. Contra emoroidas inflatas & non ulceratas prodeſt decoctio praſii & aneti cum uino & aqua ſalſa & fiat eukaciſma ideſt ſeſſio ſuper ipſas herbas. Cõtra uermes aurium iniciatur ſuccus eius auribus. Item uinum decoctionis eius aperit opilationes ſplenis & epatis. & mũdificat pectus et pulmonem p ſcreanũ. et prouocat menſtrua quando bibitur. Serapio.



MORACELSI.

¶ Moracelsi dulcia sunt calida & humida . sed acetosa sunt ad frigiditatez & humiditatem declinantia & illa sunt domestica. Et sunt siluestria nomine morabacci & sunt frigidæ & siccæ cõplexionis & sunt rubea in primis & cum sunt nigra colliguntur. Domestica uirtutē habent dissoluendi: consumendi & mūdificandi. Confert contra squinantiam & contra casuz uuluæ & brancos & uicia fauciū. Et electuariū

in tali casu conueniens dyamoron det̃ & fit inde gar garissima. Recipe succi mori domestici uel dyamoron. ℥. i. ß. aquæ plantaginis. ℥. iiii. aceti mel. rosarum an̄. ℥. ß. misce & fiat garga. Videlicet etiam loco dyamoron decoctio succi moricelsi cū melle despumato & seruatur ad longum tempus. Itē succus etiam de moris dulcibus aliquantulū calefactus & datus potui soluit uentrem si sit constipatus ex frigida causa. Et uinum decoctionis mororum mundificat intestina. succus corticis uel puluis corticis eius cum melle lumbricos necat. Cortex moricelsi uirtutem habet consumendi: dissoluendi & mundificādi. Mora siluestria uirtutem habent constringendi gratia accetositatis. Item decoctio foliorum & corticis mori in uino & parum aceti ualet in dolore dentiū os inde abluendo. Item emplastrum ex foliis moricelsi & oleo ualet in combustione ignis uel aquæ calidæ. Item decoctio foliorum & uitis & ficuum in aqua pluuiali denigrat capillos. Item succus mori acetosi & foliorum eius confert ad apostemata oris & uuluæ & est ultimum ad squinantiam & præfocationem. Morum malum est stomacho corrumpitur enim ī eo. Et oportet ut comedantur omnes species eius ante cibum. & post cibum sumpta corrumpuntur: & colericis non obsunt. Et morum aliqualiter exiccatum retinet uentrem & opilatur dissintericis. Auicenna eodem capitulo.



MERCVRIALIS.

❡Mercurialis calidæ & ſiccæ complexionis ī primo gradu & eſt duplex ſcilicet maſculus & fœmina quæ eſt maior & maſculus minor. Et habet rotunda ſemi na. Pandecta auctoritate Auerrois libro colliget ca pitulo de mercuriali. Vterq; mercurialis ī cibis eli xatus & comeſtus uentre3 ſoluit. Elixatura eius ac cepta humores aquoſos purgat ut mercurialis cum bl etibus & uuis paſſulis buliantur cum iure carniū

recentium de illo brodio multum sumat & sufficien ter lubricat. Fit etiam ex mercuriali clistere isto modo. Recipe mercurialis bletis matris uiolaru3 maluæ añ. m. i. foliorum senæ pollipodi añ. ӡ. i. decoquantur in aqua lib. i. ʃ. ad consumationem fere tertiæ partis coletur colaturæ misceatur cassiæ fistulæ extractæ. ӡ. i. benedictæ laxatiuę. ӡ. ʃ. olei oliuarum. olei aneti añ. ӡ. i. salis gemmæ. ʒ. ʃ. misce & fiat euema idest clistere. Dicitur ꝙ folia fœminæ trita & peruncta uertebro uel succus fœminæ bibitus fœminas generare facit. Et de foliis masculi & succo eius simili disciplina factu3 masculos generare facit. Item mercu. in capone coctus & eius caponis decocti acceptum purgat humores grossos & aquosos & nigram coleram. Item confert febribus temporalibus & tipicis seu interpellatis ægritudinibus tremoribus & inflationibus stomachi & asmaticis & arteticis singulare remediu3 est. Galienus. vii. simplicium. capitulo de linofostida idest mercuriali. Vtimur quidem omnes eo ad uentris subductiones solum. Et uinum decoctionis mercurialis & calamenti sufficiens diaforeticam est. Pandecta eodē cap.



MANDRAGORA.

Mandragora eſt frigida & humida in tertio gradu ſecundum Auicennā. ſed ſecundum Pandectam eſt frigida in tertio & eſt in ea cuꝫ hoc caliditas pauca. ſed in pomis mandragoræ eſt humiditas ꝑ hāc cauſam inducunt ſubet ideſt ſomnum profundū. ſed cortex eius radicis eſt frigidus multuꝫ & cum hoc deſiccat. Et quādo ex iſta radice exhibetur alicui ī potu uel ī cibo cū pane incidit ſumens eā in ſubet ideſt

somnũ.& ideo utuntur cirogici quando uolunt mẽ-
brum incidere. Et si radix ĩ uino decoquatur donec
minuitur tertia pars & colatur & reponitur & si ac-
cipitur ex ea quantitas.ʒ.i.& administratur ad nimi
as uigilias & ad sedandos dolores. Et quando fiunt
necesse incidere uel cauterizare aliquod membrum
uolumus quod nõ sentiatur detur ei ĩ potu prius.i.
uel.ʒ.i.s.succi radicis cum mellicrato facit euome-
re flegma & coleram sicut elleborus: sed si accipia-
tur nimium occidit. Item quando cortex supponi-
tur ano sicut suppositorium facit dormire. Et quan-
do radix eius elixatur cum ebore sex horis mollifi-
cat ipsum & facit ipsum abilem ad faciendu ʒ quam-
cunque figuram uolueris. Radix uero eius quando
fortiter teritur & fit emplastrũ ea & aceto curat eri
sipilaʒ. hoc ideʒ quando miscetur cuʒ oleo uel mel-
le confert morsui uenenoso. Et quando miscetur suc
cus radicis uel decoctio cũ uino & sauich ordei ua-
let in sedando dolorem iuncturarum & omnes alios
dolores. Pandecta.



NASTRVCIVM ORTVLANVM.

¶Naſtrucium domeſticum & agreſte . domeſticum eſt calidum & ſiccum in tertio. & eſt ſimilis uirtute in apis. Eſt reſolutiuum maturarium cum lenitate. Retinet calidos cadentes uinuȝ decoctionis eius & linito ſucci eius ſuper crines. Emplaſtrum etiam ex eo factum cuȝ ſucco eius & ſemperuiua & ſale & ſuper carbunculum applicando uel ſuper ignem perſicum confert. Etiam ſuccus naſtrucii cuȝ melle mi-

xtus ualet ad ſcabiem ulceroſam. Prodeſt etiam ĩ doloribus iuncturarum uinū decoctionis eius. Et emplaſtrum factum ex eo cuȝ aceto & ſanich de ordeo illud confert omni mollificationi neruorum. Vinū etiam decoctionis eius cum ſucco yreos uel puluere yreos mundificat pectus & pulmonem ideo ualȝ in aſmate propter illud quod eſt in eo de inciſione & ſubtilatione. Et uinuȝ decoctionis eius calefacit ſtomachum & epar & confert groſſiciei ſplenis. Et emplaſtrum ex eo & melle factum ſpleni ualet. Et quādo bibitur ſuccus eius cum ſucco attriplicis & parū aceti facit uomere coleram rubeam & educit eam. Item eius uſus augumentum facit in coitu ſumendo in ſalato cum baucia & cum radice yringi. Item ſuccus eius cum ſucco abſinthei educit ſolutione uermes & prouocat menſtrua & eicit fœtum. & uinum decoctionis naſtrucii ſoluit uentoſitates & confert colicæ paſſioni. Et ſuccus eius confert puncturæ uenenoſorum animalium bibitus & more emplaſtri ſuperpoſitum cum melle. Et quando ex eo ſuffumigatur domus effugat ea. Auicenna. Contra ſtranguream herba ipſa decocta in uino & oleo poſita ſup pectinem prodeſt. Valet etiā tenaſmoni puluis naſtrucii & cimini & colifoniæ. Item ſemen eius maſticatum ualet in paraliſi linguæ. Itē puluis ſeminis eius naribus inflatus ualet contra frigiditatem & humiditatem cerebri.



NASTRVCIVM AQVATICVM.

Nastrucium aquaticum idest senatio calidum in primo & siccum in secundo gradu. Pandecta. sed secundum Platearium est calidum & siccum in tertio. Nastrucium coctum cuz carnibus addendo mellissam mundificat pectus & pulmonẽ a frigidis humoribus. Item olera facta ex nastrucio aquatico & petrosilino & aneto ualet contra colicam & yliacam passiones. Et fomentum factum ex eisdem herbis

cum uino coctio ſuper inteſtina applicãdo ualet ad eaſdem paſſiones. Semen naſtrucii aquatici ſtringit uentrem qui fluit propter caliditatem quãdo bibitur decoctio eius in aqua pluuiali uel ſumitur cũ ſucco citoniorum & ipſum confortat membra. Semen naſtrucii aquatici crudum comeſtum uel mixtum cum ſemine apii petroſilini cum brodo carnium recentium ſumendo ualet contra calculũ & urinam prouocat & menſtruis imperat. Et diſſintericis prodeſt decoctio ſeminis cum aqua ſalſa & oleo decoctionis naſtrucii aquatici ualet ad dolorem yliacum. & ualet ad ſtranguriam & diſſuriam naſtruciũ cuꝫ uino coctum & cum marubio cathaplaſmatum ſuper pectinem magnum præſtat præſidium. Et illa herba poteſt crude ſumi in ſalato cuꝫ foliis feniculi & petroſilini cum lactuca & boragine cum parum aceti & ſalis & parum olei oliuæ fit inde bonum ſalatum conueniens in prouocando urinam calculuꝫ eiciendo. & menſtrua prouocat & fœtum expellit etiam quando ſe ſola comeditur. Et ualet ulceribus inteſtinorum. Serapio eodem capitulo.



NIGELLA.

¶Nigella calida est & sicca in tertio. Virtus existit in semine. Virtutem habet diureticam ex amaritudine dissoluendi consumendi ex qualitatibus suis. Item emplastrum factum ex farina seminis nigellæ cum succo absinthei circa umbilicũ applicatũ pueris lumbricos necat. Vnguentum factum cõtra scabiem fiat decoctio pulueris nigellæ in magna quantitate cuȝ sulphure in forti aceto ad aliqualem spis-

situdinem addito oleo fiat inde unguentum bonum
ad scabiem & impetiginem. Et ad lentiginem faciei
ualet farina seminis nigellæ & cerusæ cum aceto cō
fecta. Et oleum amigdalarum amarum decoctionis
farina seminis nigellæ instillatus auribus uermes au
rium necat. Item uinum decoctionis nigellæ & semi
nis nastrucii & seminis aneti & semis petrosilini cō-
fert cōtra stranguriam & dissuriam & yliacam pas-
siones. Et nigella in minima quantitate sumpta ne-
ca. Pandecta. Sed in magna quantitate cum uino &
oleo cocta & ĩ sacculo applicata pectini & renibus
ualet ad prædicta. Vrina decoctionis farinæ nigel-
læ & succi uermicularis curat carbunculum cū ace-
to coquendo. Et farina seminis nigellæ cum aceto
cocta miscendo parum piretri & in oretentum miti
gat dolorem dentium. Et uinum decoctionis nigel-
læ & arthemisiæ pluribus diebus potatum menstru
is imperat: urinaȝ prouocat & lac deponit quia de-
siccat nimis. Et pingues & glutinosos humores dige
rit. Et caput purgium factum cum puluere eius &
puluere radicis yreos naribus inflando confert ne
aqua descendat ad oculos. & proprietas eius ē quæ
aufert febrem flegmaticam & melancolicam. et con
fert morsui serpentum. Pandecta.



NENVFAR.

Nenufar frigidum & humidu3 in secundo gradu: Et est duplex quædam defert album florem quæ est melior. & est croceum florem producens quod non est adeo bonum. Et flos eius usui medicinæ competit. Et ex floribus fit sirupus contra febrem acutam & epatis calorem. flores nenufaris & flores uiolarum & semen endiuiæ & semen lactucæ & portulacæ & semina quattuor frigida quæ oia decoquãtur ĩ


aqua & parum aceti & colaturæ addatur zucarum sufficiens & fiat sirupus conuenientes prædictis discrasiis. Contra dolorem capitis ex calore recipiantur flores nenufariis & infundantur in aqua simplici per noctem. mane talis aqua bibatur. & flores naribus etiam applicentur & ualebit. Idem confert aduersus instantiam uigilarum quia somnum inducit. Et eius oleum sedat dolorem capitis uel aliorum mẽbrorum prouenientem uitio caloris. Et flores eius cocti cum floribus lilii ĩ aceto stomacho emplastrãdo eius dolorem mitigat. Et aqua decoctionis florũ neufaris bibita uesicæ dolorẽ mitigat. Et succus florum eius cum cerusa miscendo maculas corporis detergit. Et addita pice alopiciam emendat. Et tumorem testiculorum tullunt flores neufaris & rosarum cocti in aceto cum farina tritici testibus applicando sine dubio multum prodest. Semen eius etiam assidue bibitum id facere nouit. Item radix eius & semẽ neufaris uirtutem habent desiccatiuam sine mordicatione ideo reuma uentris reprimit. Semen uero eius in potu datum spermatis fluxũ reprimit si plus a ratione fluat. Et est multum cordialis. Auicẽna de uirtutibus cordis. Vinum decoctionis radicis eius & corticis tamarisci ualet apostematibus splenis. Auicenna.



ORIGANVM

¶Origanum calidum est & siccum in tertio gradu: cuius duplex est species scilicet origanum siluestre quod latiora habet folia & fortius operatur. Aliud est domesticũ quod in ortis reperitur & minora habet folia & suauius operatur & istud ĩ medicinis ponendum est. Virtutem habet dissoluendi: consumẽdi: attrahendi relaxandi. Item folia origani cum floribus & maiorana ĩ sacculo posita & super testã ca-

lefacta sine liquore capiti applicetur sacculus con-
fert contra frigidũ reuma caput cooperiatur ut ip-
sum sudet. uinum decoctionis illarum herbarum cũ
olibano mixtum & gargarismatum gingiuarum &
fauciuȝ consumit humiditates. Et puluis origani cũ
zincibere & parum salis communis usti positus su-
per uuluam inflatam ex humiditate consumit eam.
Contra frigidũ reuma utimur uino decoctionis eius
& ficuum siccarum. & uinum decoctionis eius con-
fortat digestionem cum puluere galangæ miscendo:
dolorem stomachi & ĩtestinorum ex uentositate ex-
cludit. Et ipsa herba cuȝ nastrucio ortulano in uino
cocta & supposita renibus stranguriam soluit. Idem
confert tenasmoni ex frigida causa cum anus fue-
rit extra suum situm ipsam decoctionem herbarum
ano applicando & fiat eukacisma. Iteȝ idem orificio
uuluæ applicatum cum oleo mixtum duriciem ma
tricis soluit. Et fomentum factum ex aqua decoctio
nis eius & arthemisiæ matriceȝ mundificat & men-
strua prouocat. Serapio. Et uirtus ambaruȝ herba-
rum est calida prouocat urinam. Et quando bibitur
decoctio earum laxat uentrẽ & facit descendere su-
perfluitates colericas. Et quãdo sumitur in potu cũ
aceto confert spleneticis & potui uenenoso. Sera-
pio eodem capitulo.



PIRETRVM.

Piretrum est calidum & siccum in tertio. Auicenna melius est quod est acutum est & mordificatiuū linguæ. Et radix piretri ponitur in medicinis. Nota ꝙ acutum piretrum primo cum masticatur non percipitur: sed debet aliquantulum masticari & teneri ī ore. habet autem uirtutem dissoluendi: attrahendi & consumendi. Gargarismus cum aceto & uino decoctionis radicis piretri & zinciberis & ficuum sic-

carum cerebrum a superfluitate flegmatica mundi-
ficat & humiditatem uuæ consumit. Ide3 facit radix
piretri sola masticata. Et inter dentes radix eius ma-
sticata tollit dolorem dentium. Et masticatum para
lisim linguæ aufert. Et radix piretri contusa cu3 her
ba paralisi in uino & oleo cocta emplastra loco para
litico & artetico & podagrico multum confert. Ite3
radix piretri trita cum uino & succo herbæ paralisis
cocta ad spissitudinem cui addatur oleum & cera qđ
sufficit & fiat unguentum ualens ad prædicta opti-
mum. Platearius. Et uirtus radicis piretri est adusti
ua. Et prouocat sudorē decoctio radicis piretri pul-
uerizati & succi calamenti cu3 uino & oleo quo un-
gatꝰ corpus. Fricatio facta ex decoctione radicis pi-
retri in uino & oleo confert mollificationi neruorū
antiquæ & stupori neruorum & prohibet generatio
nem alcuset. idest spasmi in cruribus aut aliis mem-
bris. Et uehementer aperit opilationes calotori &
constrictioni narium. Et eius decoctio in uino con-
fert dolori dentium ex frigida causa. Et acetum de-
coctionis eius confirmat dentes motos si teneantur
in ore. Et quando fricatur cum eo & oleo corpus añ
peroxismum rigoris confert rigori febris.



PIONIA

¶Pionia calida & ſicca in ſecundo gradu. Cuius ra- dix in medicinis ponitur cum reperitur in receptis eligenda eſt illa quæ nigra exiſtit continua non per forata: & in hyeme colligitur & per annum ſeruat᷑. Virtutem habet occultam contra epilentiam & ſu- ſpenſam collo præſeruat ab epilentia: teſtante Galie no experto de quodaꝫ puero cuius collo talis radix appēſa erat & non patiebat᷑: radice .n. ſubtracta ſta-

tim puer patiebatur epilentiam. Ad idem ualet puluis pioniæ datus cũ uino decoctionis pioniæ uel arthemisiæ. Et puluis eius cum uino decoctionis castorei confert aduersus paralisim. Contra stranguriam & dissuriam ualet uinum decoctionis puluis radicis pioniæ ad matricem mundificandam fiat fumigium uel fomentũ ex aqua decoctionis pulueris radicis pioniæ & arthemisiæ. Contra tenasmonem decoctio pulueris radicis eius & taxibarbati fiat sessio super talem decoctionem & confert. Eius decoctio cum cerusa in aqua ualet abstergendo uestigia nigra in cute. Suffumigatio facta cum semine pioniæ confert demoniacis & epilenticis & sanat eos. Et similiter uinum decoctionis florum uel seminum eius cũ melle rosarum & bibatur confert ad ideȝ uehementer. Auicenna autem dicit pioniam romanam talem efficatiam habere contra discrasias prædictas. Sed illa quæ penes nos in almania reperitur non habet magnum effectum. Et si bibantur. xv. grana de semine pioniæ in uino aut mellicrato conferunt in cubo ualde. & semẽ eius confortat stomachũ & sedat eius dolores & mordicationeȝ. Et aqua decoctionis eius ualet in ictericia & aperit opilationes epatis & prouocat menstrua & urinam. Auicenna eodem cap.




PETROSILINVM.

¶ Petrosilinum est calidum & siccum in secundo. cuius duplex est maneries scilicet domesticum & agreste. quorum semina præcipue competunt in medicinis. Et cum in receptis petrosilinum reperitur semẽ intelligitur ipsius domestici. semina per annum seruantur. uirtutem habet diureticam. Ex feniculo & petrosilino & nastrucio aquatico & boragine & lactuca potest fieri competens salatum cum aceto &

Cõpetens salatum.

Cōtra calidas discrasias. parum olei oliuæ & parum salis. Fit etiaȝ inde salsamentum contra calidas discrasias corporis humani.
Ad digestionē et ventositatē Herba ipsa in cibis posita digestionem confortat & uentositates excludit. Item succus petrosilini clarificatus mixtus cū puluere thucię præparatę ī aqua
Colliriū pro oculis. ros: fit inde colirium pro oculis. Item semen petrosilini cum semine feniculi & apii in cibis comestū cōfert calculosis.
Pro calculosis. Vel ista semia puluerizata mixta cū saxifraga cum zucaro albo miscendo in modum trageæ & ualet ad idē. Item radices petrosilini sunt durę digestionis ergo potius confert eius brodiū. Item petrosilinum damus in opilatione splenis et epatis
Ad opi. sple. et epatis. cum scolopendriæ et leuistico in cibis sumendo. similiter ualet uinum decoctionis illarum herbarum contra eandem discrasiaȝ. Decoctio illarum herbarū confert ī colica et stranguria quia digerit et resoluit.
Ad colicā et strāguriam Decoctio etiam seminis petrosilini et feniculi et scolopendriæ in aqua absinthei cuius colatura cum zucaro mixta cōfert yctericiæ uitio opilationis pcipue splenis.
Ad ictericiā et opilationē. Item uirtus etiam totius herbæ est prouocatiua urinæ & menstrui et est conueniēs inflationibus stomachi et intestinorum. Serapio.
Ad Prouo. vrine et Mēstrui
Cōtra īflatiōes sto.ci et intestinorū.



POLIPODIVM

¶Polipodium calidum est in secundo : siccuȝ in ter-tio gradu. Virtus est in radice quæ in sapore dulcis é & nodosa. & quod nascitur super radices quercus est efficatius. Est resolutiuuȝ uentositatum & humiditatum & in decoctione polipodii debet poni aliquod exclusiuum uentositati ut est anisi et semen feniculi et cimini: quia polipodium resoluit humores in uentositates. Virtutem etiam habet ipsum poli-

podium dissoluendi & attrahendi. & etiam purgandi principaliter flegma & melancoliam secundario: unde competenter ponitur in decoctione flegma & melancoliam pugante. Et flegmaticis & melancolicis sani datur ad preseruationem. Contra febrẽ quotidianam & quarta. & dolorem arteticum & contra dolorem colicæ & yliacę passionuꝫ conferre habet. Et talis est usus. Recipe foliorum senæ. radicis polipodii et radi. esulæ añ. ℥. ſ. seminum feniculi petrosilini: leuistici añ. ʒ. ii. uuarum passularum: florũ uiolarum boraginis añ. m. ſ. liquiriciæ. ʒ. i. omnium contusorum fiat decoctio in aqua et uino añ lib. i. ſ. ad consumationem fere medietatis coletur et colatura dulcoretur cum sufficienti zucaro quod sufficit et fiat potus et utatur eo modo ur supra. quo cõsumpto sequentes pillulæ sumantur. Recipiantur masse pillularum fetidarum masse pillularum de lapide lazuli añ. ʒ. ſ. turbit. ℈. ſ. dyagredii gra. iii. zinciberis: masticis añ gra. i. misce cum sirupo acetoso composito & fiant pillulæ. vii. aut. ix. Recipe dyagalangæ uel dyacoros pro confortatiuis. Iteꝫ radix polipodii cum parum anisi decoquatur in pullo cũ aliis speciebus odoriferis & delicatis homibus multum opitulatur. Contra arteticam buliat radix eius cum semine feniculi & hermodattuli puluerizatum in aqua multum prodest. Auicenna.



PARITARIA.

¶Paritaria calida & sicca i tertio gradu. uiridis magnę est efficatie: exiccata uero nullius. Virtutē habet dissoluendi: consumendi: dyaforetica est & extenuatiua uentositatum. Vinum decoctionis paritariæ & absinthei cū parum zucari confert contra frigiditatem stomachi & intestinorum & dolorem eorundem ex frigiditate & uentositate. Idem ualet cōtra stranguriam & dissuriam & yliacam passionem

paritaria calefacta ī testa sine aliquo liquore. super-
ponatur lotio patienti. uel etiam ī uino decocta cū
semine anisi super locum dolorosum tepide applica
tum miro modo mitigat dolorē & resoluit. Ipsa etiā
paritaria sola decocta cum carnibus & comesta con
fert dolori stomachi & intestinoꝝ ex frigiditate uel
uentositate. Plures moderni homines faciunt tortas
ex ouis & foliis paritariæ contra ꝑdicta accidentia
et confert. Cathaplasma etiam factum ex paritaria
& aqua salsa & oleo mutuo cocta & pectini apposi-
ta ualet contra stranguriam & dissuriam &c. Semē
etiam cathaplasmatibus exhibitum ignem sacrum
extinguit miscendo cum succo semperuiuæ. et etiā
combustionibus medicatur. Tumores omnes com
pescit cū aceto & furfuribus tritici cocta. Et pustu-
las emendat eius succus cū oleo mixtus. Succus pa
ritariæ cum cerusa et aceto mixtus ignem sacrū ex-
tinguit et herpostimentum si inde ungantur. Et po-
dragricis medicatur succus eius cum uino et parum
croci mixtus. Et succus foliorum eius cum succo li-
quiriciæ in potu acceptus tussientibus antiquis opi
latur. Et succus eius cum oleo ros. mixtus dolorem
aurium mitigat. Succus etiam eius tumores fauciū
loco gargarismi compescit. Pandecta.

Tumor-



PORTVLACA

¶Portulaca infrigidat in tertio & humectat in secũdo gradu. uirtuteȝ habet leniendi & humectandi & infrigidandi. Optimus cibus est febricitantibus de colera & colericis. Similiter sanis etiam cruda uel cocta confert. ualet etiam ad calorem interiorꝶ mẽbroruȝ. Confert etiam contra constipationem uentris aqua decoctionis portulacæ & lactucæ & prunorum & uuarum passularum. Iteȝ ualet ad infrigi-


dandũ colorẽ febrilẽ: ualꝫ ẽt cõtra ſtrãguriã & diſſu
riã tũc operatᷣ conſtrictionẽ uentris. Omnia enim ĩ
quantũ urinã ꝓuocãt in tantũ uentrẽ cõſtipant. Pla
tearius. Sed portulaca cũ cõuenienter apponitᷣ cõ-
ſtrictionẽ uentris ꝓhibet: humectat eniꝫ & relaxat.
Confert etiã cõtra ragadias. i. ſciſſuras labioꝝ & ad
ulcera eoꝝ. Radices portulacæ buliantᷣ ĩ uaſe eneo
& fiat puluis cõfectus cum melle & labia ĩde ungan
tur hoc idẽ ragadias leproſorũ palleat. Confert etiã
portulaca contrita cũ aceto cõtra apoſtemata cali-
da in principio ipſis apposita. Et ſuccus portulacæ
& etiã tota herba ſi comedatᷣ cõfert ulceribus inte-
ſtinorũ quia linit ipſa. Et conuenit fluxui matricis
immoderato. & ſuccus eius ẽ fortior in hoc. Et por-
tulacę uſus nimius debilitat uiſum. & infrigidat cor
pus & ꝓhibet uomitũ colericũ aufert libidinẽ. Iteꝫ
portulaca maſticata cũ parũ aceti fluxũ ſanguis ꝓ-
hibet nariũ uel etiã comeſta ardorẽ ſtomachi tollit
uicio colerę: ꝓpterea cauſonicis plus aliis febribus
prodeſt ſup ſtomachũ etiam emplaſtrata cũ parum
aceti miſcẽdo idẽ facit. ſtuporẽ etiã dentiũ ſanat ma
ſticata. & quãdoqꝫ ſtipica ẽ ĩ ſapore ideo ualet diſ-
ſintericis in cibis ſumpta. & qñ fricantᷣ uerucæ cum
ea eradicat eas ꝓprietate ſua non qualitate: eius ſuc
cus ſedat ſodã calidã. & confert etiã doloribus renũ
& ueſicæ eorum ulceribus. & ipſa retinet fluxũ mẽ-
ſtruorũ & ualet ulceribus matricis. & aqua eius ua-
let emoroidibus ſanguis. Pandecta.



POLEGIVM.

¶Polegium est multum odorifera. Est autem secundum Platearium calidum & siccum in tertio gradu. Cuius uirtus cōsistit in foliis & floribus. & debet colligi quando est ī flore. Et est duplex scilicet domesticum & agreste & utrunque est multum utile & medicinale. uirtutem enim habet dissoluendi: consumendi & confortandi. Et reuma frigidum constringendi & desiccandi & matricē mundificādi & coar-

Semperuiua est herba sic dicta quia semper uiridis. frigida est in tertio gradu cu3 siccitate pauca. Et uiridis est multæ efficatiæ et ĩ medicinis nõ ponitur exiccata. Virtutem habet infrigidandi et alterandi cathaplasmata cum aceto uel agresta mixta sup mẽbra multu3 calefacta et apostemata calida quia extinguit calorem extraneum et sedat dolorem factu3 ex causa calida cuiuslibet mẽbri in principio appli-

cando gratia repercussionis materiei licet postmo-
dum absit inspissando materiam ¶ Contra combustio
nem aquæ uel ignis fiat unguentum ex succo eius &
oleo ros & paruꝫ ceræ sed non debet poni in primis
tribus sed calida ponantur ut fumositatis fiat euapo
ratio. uñ prius inungamus sapone & similibus. post
tertium uero dieꝫ inungimus unguento ut supra ad
liniendum ¶ Item succus semperuiuæ uel eius aqua
confert fluxui sanguinis narium ungendo frontem
tempora & guttur & epar miscendo par sandali ru-
bei. Et ex experimento habetur ꝙ multum ualet no
tanter fluxui narium prouenienti ex ebulitione san-
guinis in iuuenibus & epate calefacto ¶ Et sunt duæ
species scilicet maior quæ ut plurimum nascitur in
locis edificatis ex lateribus quidam faciunt ea nasci
in domibus suis supra tectũ. Sed minor scilicet uer-
micularis nascit in muris & in locis petrosis. & sub-
stantia eius est aquosa & sapor eius stipticus ¶ Con-
fert etiã succus eius erisipilæ & apostematibus mul-
tum calidis quæ dilatantur in corpore ¶ Item semper
uiua cocta cum radice plantaginis posita supra po-
dagram confert & sedat dolorem eiꝰ ¶ Item succus cũ
aceto confert in plaga sancti antonii. Serapio.



SQ VILLA.

¶ Squilla est calida & sicca i tertio gradu & dicitur cepæ muris qui mures interficit. Est enim composita ex igneis partibus in superficie dantibus ei acuitatis uehementiam & ex partibus terreis adustis dãtibus ei amaritudinez & ex partibus aeris dantibus ei de dulcedine aliquid. Est enim incisiua & ulceratiua: adustiua: resolutiua materierum. attractiua ad exteriora. subtiliatiua partiuz grossarum & uiscosa.

rum a putredine cõseruatiua & rectificatur cũ assatione & præparat cum aceto ut materias grossas et adherentes submersas facile poterit expellere. et melius est ꝗ cepa squillæ assetur uel coquatur et postea administretur et sic minuetur fortitudo et acuitas suæ uirtutis et assata habet multa et maxima iuuamenta. Et assatur inter prunas uel inuoluatur pasta uel luto in furno donec coquatur deide extrahatur et acetum squilliticum sic fit: cepa squillæ scindatur in lamias et cum filo separatim affigantur et siccentur in umbra .xl. diebus, postea sumatur quantitas unius manipuli et ponatur in uase uitriato et proiciatur desuper acetum fortissimum et ponatur in sole .xl. diebus. Et cum aceto squillitico fit ablutio oris et restringit gingiuas laxas et confirmat dentes commotos et aufert putredinem oris et elixatura squillæ præperata cũ melle in potu administrata fortificat trabeam arteriam et clarificat uocem et confert ad debilitatem stomachi et ad maliciam digestionis et opilatiões eius et ad melancoliã et apoplexiam et epilentiam et frangit lapidem uesicæ et confert suffocationi matricis et apostematibus splenis et ad sciaticam et meliorat colorem et acuit uisum et eius succus proiciatur ad aurẽ et confert grauitati auditus. Et uniuersaliter ualet omnibus ęgritudinibus corporis præter q̃ ulceribus intrinsecis. et confert ĩ ydropisi et yctericię et stranguriç et paralisi. Auicenna. Pandecta. Serapio.



SAMBVCVS.

¶Sambucus est calidus & siccus in tertio gradu: est quoddam diureticum idest aperitiuum & dyaforeticum. idest sudoris prouocatiuum. Folia sambuci humida non sicca quando cõtusa cum aceto & sale ponuntur super empetiginem idest malam speciez scabiei & pannum faciei multũ confert & resoluit omnem superfluitatẽ cutis. Idez aqua decoctionis eius cum cerusa & odor florum sambuci inducit sodam.

Cõtra Empetiginem

Dolor capi

idest dolorem capitis illorum qui sunt calidæ complexionis. & si tales odorent nimium de eo ĩcurrunt fluxum sanguinis narium. Et uinuz decoctionis eius & lauendulæ confert in catarro & omnibus abundã tibus flegmate salso & senibus frigidę complexionis: & confert doloribus q fiunt ex flegmate uiscoso. folia uel flores sambuci & folia alteæ cum uino cocta & emplastrata prodest. Et oleum florũ sambuci cõfert ægritudinibus frigidis in neruis. & odor eius licet causet dolorem capitis uerumtamen cum hoc resoluit sodam factam a flegmate quando odoratur. & facit possidere rubedinem in facie multitudo odoramenti eius. Et folia eius quando coquuntur cũ aliis oleribus laxat flegma. Similiter sumitates ramoruz elige & comestæ faciunt. Radix uero eius per se uel cũ radice ebuli in uino cocta & datur ydropicis miro modo confert. Et quando coquitur in aqua cum arthemisia & fiat enkacisma in quo sedet mulier laxat duriciem matricis & dilatat orificiũ eius & mundificat eam & secundinam expellit. & est bonum cõbustioni ignis & morsui canis succus eius. Et succus eius denigrat capillos & conglutinat ulcera concaua et fistulas et ex succo eius et sepo ircio addito succo alteæ confert podagræ. et succus eius imissus auri sedat tinitũ eius & occidit uermes in eis. Serapio. Pandecta.



SALIX.

¶Salix est frigidæ & siccæ complexionis in primo gradu. Virtus foliorum & corticum & fructus salicis & succi eius est stiptica. Et quando bibuntur folia eius cum uino & pipere conferunt colicę passioni. Et quando sumitur aqua decoctionis eius prohibet īpregnationē. Et aqua decoctionis fructus eius confert sputo sanguinis quando bibitur. Et cortex eius similiter hoc facit. Et dococtio eius administra

ta super pedes podagricorum confert eis multum. Idem mundificat furfures capitis lixiuium inde factum. Et aqua seu humiditas reperta intra corticem abstergit oculum & aufert tenebrositatẽ eius. Item succus salicis glutinat uľnera recẽtia. Et succus eius confert fluxui sanguinis. Item cinis salicis .s. corticis eius ẽ exiccatiuus multum in omnibus ĩ quibus medicus indĩget exiccatiõe. Item succus eius cum aqua plantaginis multum confert ĩ dissinteria. Et succus foliorum salicis cum aceto remouet uerucas & nodos & pustulas ĩ corpore genitas. Item succus eius confert in dolore auris. uirtus fructus & foliorũ est stiptica siue punctione & desiccat exicatiõe oculta. Et ex aqua decoctionis foliorum salicis & corticum eius & plantaginis cum boloarmeno fit clistere illi qui egerit sanguinem & succus eius mittit᷑ in aures ex quibus emittitur sanies. et succus eius consolidat et conglutinat ulcera magna. et operatio in hiis rebus est fortior quando bibitur cũ uino stiptico nigro. & quãdo ex foliis recentibus eius solis fit emplastrũ confert fluxui sanguinis undecunqꝫ exeat. Et succus foliorum eius cum aqua endiuiæ cum parum zucari albi ualet contra calorem febrilem ĩ potu exibitus. Item aqua eius ualet contra yctericiam. & opilationẽ epatis. Itẽ folia eius ĩ cubili spersa febricitantes refrigerant. Auicenna. Serapio.



SAXIFRAGA.

❡Saxifraga calida & ſicca in tertio.ſic dicitur.quia ſaxum frangit: Virtutem habet diureticam & diſſo-lutiuam.lapidem frangit in renibus & ueſica. Valet etiam contra ſtrãguriam & diſſuriam & uitium lapi dis. Vinum decoctionis ſaxifragæ & ſeminis fenicu li.petroſilini.miliiſolis confert multum talibus di-ſcraſiis iam dictis. Idem ualet contra colicã & ylia-caꝫ paſſiones. Et puluis ſaxifragæ in ouo ſorbili ex-

hibitus ualet ad idem. Vel detur sequens potus qui maioris est efficaciæ aduersus prædictas discrasias. Recipe saxifragæ. scabiosæ. catapuciæ an̄. m. i. florum boraginis uiolarum uuarum passularū an̄. ōʒ. ʒ. seminum feniculi petrosilini apii miliisolis & anisi liquiriciæ an̄. ʒ. ii. omnia confundantur & bulliantur in duabus lib. aquæ fontalis ad consumationem tertiæ partis & colatum dulcoretur cum sufficienti zucaro albo & fiat potus mane & sero sumendus ꝑ qualibet uice in quantitate medii ciphi tepide sumēdo: quo potu consumpto sequens euformatum exhibeatur circa mediuꝫ noctis. Recipe benedictæ laxatiuę dyafeniconis an̄. ʒ. ii. cassię extractę. ōʒ. ʒ. misce cum decoctione communi & fiat haustus: postea sumatur electuarium ducis uel dyaciminum pro confortatiuis & super intestina dolorosa ungat̄ unguentum dyalteæ & miro modo conferre habet. Item uinum decoctionis saxifragæ & florum tamarisci confert multum aduersus opilationeꝫ splenis & epatis. Item uinum decoctionis saxifragæ & radic. feniculi & esulæ necnon hermodattuli an̄. ʒ. ii. post coletur et de tali colatura mixta cum parū zucari detur patienti in mane stomacho ieiuno existente et confert aduersus ydropisim ex frigida causa



SCOLOPENDRIA.

¶Scolopendria calida est in primo & sicca in secundo gradu. Virtutē habet incidendi & resoluendi duriciem splenis. Et scolopendria stipticitate cum amaritudine participat. quia propter confert spleni bibita cum aceto. Vel uinū decoctionis eius confert ad idē addito tamarisco de quo poteſt quadraginta diebus resoluit & extenuat splenem. Et hæc herba crescit ī muris & fontibus ī locis petrosis. Et folia scolo

pendrię cum foliis alteæ in uino cocta & cathaplasmata super splene₃ & confert debilitati eius. Et uinum decoctionis scolopendrię & petrosilini confert distilationi urinæ. Et uinum decoctionis eius cũ mẽta singultui. & uinum decoctionis eius cum endiuia prodest yctericiæ. Et uinum decoctionis eius & saxifragæ bibitum frangit lapidem uesicæ & renum. Et putant quidam ꝙ ipsa prohibet impregnationẽ si suspenditur sola ad collum mulieris. Et oximel factum ex oximelle & aceto decoctionis scolopendriæ magnifice confert opilationi splenis & yctericiæ & singultui. Et hæc herba nascitur in muris edificiorum & in petris. Et non habet stipitem neq₃ flore₃ neq₃ semen et folia eius sunt sicut folia polipodii: et pars eius inferior est quasi rubea et pars superior uiridis. Et substantia eius est subtilis. et uirtus eius prima est calida et secunda uirtus est quæ incidit et resoluit. et tertia uirtus est quæ frangit lapidẽ et resoluit duriciem splenis. Et ex puluere scolopendriæ et puluere tamarisci eiusde₃ ponderis scilicet. ʒ. i. et cinamomi. ʒ. ß. et plueris senæ. ℈. i. mutuo misceant̃ cum duabus uncis zucari albi in modum trageæ et utatur in cibis confert ad singula prædicta. Auicenna. Serapio. Pandecta.



SCABIOSA.

¶Scabiosa calida est & sicca in secũdo gradu. ualet contra scabiem. Succus eius cum sulphure & litargiro & oleo lauri fit unguentum contra scabiem. Et idem unguentum addito puluere abrotani confert alopiciæ. Et succus eius lũbricos necat & eo magis quando cum succo absinthei & parum mellis misce tur & potui exibeat. Vel fiat cathaplasma super uẽ trem ex foliis decoctionis eius & abrotani & absin-

Scabies

Alopicia

Lũbrici

Emoroide

Carmina i scabiosa

Ad Pectus

Ad Pulmonem

Ad do. lateris

Apostema

Antraces

Ad exitum ani

Ad restringendum emoroidas

thei cum melle & aceto miscendo. Et decoctio totius herbæ in uino confert ad emoroidas constringendas. Dicitur q sanctus Vrbanus ad petitionem cuiusdam sororis suæ anhelantis super scabiosæ uirtutes quoniam ipse utebatur continue misit sibi super petitionem infra scriptos uersus. Vrbanus pro se nescit præciu3 scabiosæ. Nam purgat pectus quod cōprimit erga senectus. Lenit pulmonem purgat laterum regione3. Apostema frangit si locū bibita tangit. Tribus uncta foris antracē liberat horis. Ex illo habetur q scabiosa est herba magnę uirtutis. quia confert pectoris uitio flegmatis ibide3 peccantis & præcipue senibus confert in pectore discrasiatis. Similiter eius succus cum liquiricia lenit pulmonem & dolorem laterum sedat. Et aqua decoctionis eius & betonicæ cum paru3 zucari bibita apostema dissoluit. Et similiter emplastrata scabiosa cum plantagine in aceto & aqua rosarum decocta super antracem aut alia apostemata ignita applicata liberat patientem ad aliquas horas a tali discrasia. Item balneum decoctionis scabiosæ & taxibarbati super tales herbas sedendo confert ad exitum ani & ad restringendum emoroidas. Pandecta. Platearius.



SALVIA.

¶Saluia eſt calidæ & ſiccæ complexionis. Succus ſaluiæ & ſuccus herbæ paraliſis cũ oleo caſtorii ualet ad membra neruoſa & ualet in paraliſi ungendo loca & membra paralitica. Ad idem confert uinum decoctionis ſaluię & roriſmarini & herbę paraliſi ꝓprie ſcluſſelblommen. Et aqua ſaluię ualet in tremore manuum. unde lauentur manus cum aqua ſaluię. Item ſuccus ſaluiæ confert ad confortandum gingi-

uas os abluendo cū paꝝ mellis rosati miscēdo. Et saluia in cibis comesta confortat stomachum. Et uinū decoctionis saluiæ & petrosilini aperit uiam urinarum. Item caput purgium factuȝ ex succo saluię cui misceatur piretrum istud maxime educit flegma de capite. Decoctio foliorum saluiæ & ramorum eius & arthemisiæ quando bibitur prouocat urinā & mēstrua & expellit fœtū. Et succus saluiæ confert morsui uenenoso. Et succus saluiæ denigrat capillos liniendo eos cum succo. & confert apostematibus. & abscindit fluxū sanguinis. & mundificat ulcera fraudulenta. Et decoctio saluiæ ī aqua cum parum mellis rosarum cum aqua abluantur genitalia uirorum & mulierum sedat ipsorum membrorum pruritum. Virtus saluiæ est diuretica idest aperitiua: menstruis imperat. aborsuȝ facit & sanguineȝ & uulneribus fluentem stringit. sordida uulnera purgat. Vinū decoctionis eius confert paraliticis & cathaplasmatuȝ super partem paraliticam. Et dicunt magni de saluia ꝙ ipsa putrefacta sub fimo generatur auis quædam habens caudam serpentinam & albam de cuius cinere si ponatur in lampade apparet ꝙ domus sit plena serpentibus. Pandecta. Idem dicit Albertus de uirtutibus herbarum.



SPICANARDI

¶Specie tres ſunt ſpecies. quædã eſt ſpicanardi queͅ etiam aromatica dicitur. & eſt calida in primo & ſicca in ſecundo gradu. Et alia eſt ſpica romana & dicitur celtica. Et eſt alia montana. Hic ĩtelligitur ſpica nardi. cuius ſubſtantia eſt cõpoſita ex tribus ſubſtantiis una eaꝝ eſt uirtus ſtiptica. & ſecũda eſt acuta nõ nimis tertia declinat parum ad amaritudineꝫ. Et uinuꝫ decoctionis ſpecie bibita urinas mouet & mor-

dicationem stomachi sanat: & fluxum uentris siccat: & caput confortat. confert epati & ori stomachi. Et uirtus spicenardi est abstersiua autoritate Serapionis. & confert epati & ori stomachi. & quando bibit & ponitur extra prouocat urinam & desiccat humores qui adueniunt ad intestina & confert humoribus qui congregantur in capite & pectore. et fortior specierum spice i hoc est indica de qua nunc loquimur: Et idem autoritate Dyascoride. Virtus spicenardi ē calida et sicca et prouocat urinā et propter hoc quādo bibitur stringit uentrem. Et quando fit ex eo nastale siue pessarium cum mūmia. et parum olei rosarū stringit mēstrua et desiccat humiditates quæ currunt ad collum matricis. et quando bibitur cū aqua frigida sedat sincopim et confert cordiacę passioni et inflāmatiōibus epatis et yctericiæ et ægritudinibus renum. Et quando decoquitur in aqua et sedet in ea mulier confert apostematibus calidis quæ fiunt in matrice. Et confert talis spica casui capillo℞ et palpebrarum eius stipticitatem et facit ipsos pilos nasci. et confert medicinis oculorū scilicet puluis speciе cum puluere thuciæ misceatur in aqua rosarum et fiat colirium. Contra debilitatem cerebri applicetur spica naribus. et contra sorditatē ex frigida causa ualet oleum de spica. Et uinum decoctionis spicæ confert contra opilatione3 splenis & epatis. Et oleum de spica optimum est paraliticis & arteticis. Auicenna. Serapio.



SPICACELTICA

¶Spicaceltica ē ſpica romana quæ naſcitur in ſiria. & eſt calidæ & ſiccæ complexionis. & eſt planta ha- bens folia longa cuius color uergit ad rubedinem. Et flos ē citrinus. & melior ex ea ē recens boni odo ris multarum radicum nō facile frangibilis. et quod de ipſa amminiſtratur eſt radix eius et ſtipites et flo res. quia in eis eſt bonitas odoris et ipſa euellitur cū radicibus et fiunt faſciculi ſplene manus. Et uinum

decoctionis eius prouocat urinam et multum con-
fert stomacho quando bibitur cum decoctione ab-
sinthei. Et aqua decoctionis eius confert apostema-
tibus calidis epatis et ycterici̇æ et inflāmationi sto-
machi. Et quando bibitur cum uino confert aposte
matibus splenis et dolori uentris et uesicæ et renuꝫ.
et acetum decoctionis eius confert morsibus uene-
nosorum animaliuꝫ. Et proprietas eius est ꝙ retinet
menstrua superflua quādo sumitur ī potu. Et secun-
dum dyascorideꝫ eius uirtus est diuretica et prodest
iecoris tumori. et ictericis confert aqua decoctio-
nis eius et absinthei. Et spleni uesicæ et renibus me-
detur. Sed et morsibus uenenatis cū uino data opi-
tulatur. Et spica celtica ingreditur in confectioni-
bus unguētorum calidorum. Et omnes species spi-
cę cum bibuntur cum uino conferunt spleni. Et om
nes spicę prouocant urinam et prohibēt omnia apo
stemata matricis sedendo in decoctione earū. et cō-
erunt doloribus renum et prohibent cursum ma-
terierum ad intestina et habent proprietatem in re-
tinendo fluxum superfluum matricis. Et spicacelti-
ca est calidior spicamontana et est in uirtute similis
spicæ montanæ nisi quia prouocat plus urinā et con
fert magis stomacho. Serapio. Pandecta.



SERPILLVM.

¶Serpillum calefacit & desiccat in tertio gradu. Et dicitur serpillum: quia serpit super terram. Et est serpillum domesticum & aliud siluestre. Domesticum ramos diffundit super terram. siluestre i longũ crescit. Serpillum prouocat menstrua & urinam quando sumitur in potu. Et idem confert torsionibus uẽtris & attritionibus masculorum & apostematibus epatis calidis. & est bonum contra nocumẽtum ue-

nenorum quando bibitur. Et fit emplastrum supra morsum animalium uenenosorum. Et quando serpillum coquitur cum aceto & parum olei rosaru3 & proicitur super caput sedat sodam idest dolorem capitis. & est conueniens proprie litargiæ & frenasi. Et quando sumitur acetum decoctionis eius in potu sedat uomitum sanguinis. Et uinu3 decoctionis eius in potu exibitum confert contra sincopim & contra distilationem urinæ.s.contra stranguriam & dissuriam & confert lapidi renum & uesicæ. Et emplastru3 ex eo cum aceto factũ ualet contra puncturã apum & aperit opilationes uiarum urinæ. & de eo bibitu3 tumorem epatis cõpescit. Itẽ emoptoicis mederi dicitur acetum eius decoctionis datũ. Pandecta. Auicenna dicit. quando pecudes de serpillo pascunť facit emulgere sanguinem. Et decoctio serpilli cum radice yreos cũ zucaro penidii dulcorata extrahit humiditates uiscosas a pectore & pulmone. Et confert conturbationi stomachi & nauseę & prouocat menstrua & urina3 fortiter. quia uirtus eius est subtiliatiua & resolutiua & aperitiua. quia aperit opilationes narium. Et folia & flores medicinæ competunt quę in olla calefacta & ĩ sacculo posita & capiti exibito ualet contra frigidum reuma. Et uinum decoctionis eius cũ succo liquiriciæ ualet contra tussim. Et uinu3 decoctionis eius cum aniso ualet cõtra dolorẽ stomachi ex uentositate. Platearius. Pandecta. Serapio.



TAXVSBARBATVS.

¶Taxusbarbatus est frigidę & siccę complexionis. Et duo sunt eius genera scilicet masculus & fœmia. Vna est masculus & est alba. & alia est fœmina & ē nigra. Masculus autē habet folia oblonga & angusta & hastam tenuem & semen tenue. Fœmina uero habet folia cauliculo similia sed asperiora & latiora & hastam longam unius cubiti albam & asperā flores uirides & albos & semē nigrum. Radix est dura

groſſitudinem pollicis habens & naſcitur ĩ campis: Item radices omnis generis ſunt ſtipticę. fluxum uẽtris cum uino ſtringit. Elixatura earum bibita conquaſſationes & dolores laterum tollit. tuſſim mitigat uinum decoctionis eius cuꝫ ſucco liquiriciæ miſcendo & dolorem dentium compeſcit ſuccus eius cum piretro os inde abluendo uel gargarizando. & folia eius cocta in aqua & cataplaſmata ſuper duricies & tumores oculorũ conferunt. Et maligna uulnera ſuccus eius melle & uino mixtus ad ſanitatem perducit. Aceto uero mixto uulneribus recentibus ſingulare præſidium eſt. Et ſuccus taxibarbati punctum ſcorpionis mitigat. Et folia contrita cum aceto combuſtioni opitulãtur. Radix fluxibiles paſſiones iuuat. Quidam gargarizant radicis decoctionem cum aceto & piretro addito ad dentium dolorem. Folia uero dyaforetice ſunt uirtutis cum decoquantur cum calamento in uino & cathaplaſmẽtur ſuper ſtomachum. Decoctio etiam florum taxibarbati capillos purificat. Fomentatio etiã facta ex uino decoctionis eius ualet contra emoroidas fluentes. Ad idem ualet ſi anus ex uino decoctionis eius tergatur poſt aſſellationem. Valet etiã ad tenaſmonem eukaciſma ex aqua decoctionis eius et arthemiſiæ. Pandecta Platearius &c.



TORMENTILLA.

Tormentilla eſt herba ſimilis pentaffilomi: i ſi quia habet ſeptem folia utraq; piloſa. Cuius radix rubea & tortuoſa ſimiliter galangæ ſed non habet acumen flos eius rubeus. Et ipſa iudicatur frigida & ſicca in tertio. & habet uirtutem conſolidandi & confortan di conceptum. Puluis eius cum puluere yreos ſuper uulnera ſperſa conſolidat ea. Et uinum decoctionis radicis tormentillæ & ſpicę bibitũ multum facit ad

conceptionem. & similiter fomentatio facta ex fo-
liis tormētillę & mellissæ & taxibarbati ī uio ad sex
uel ad septē dies desuper sedendo notanter post pur
gationem confert ad conceptionem. & ualet ad su-
riam & dissuriam cum uino decoctionis eius. Ad cō
stringendum menstrua fiat fomentum ex aqua plu-
uiali decoctionis pulueris eius. Vel ex duabus par
tibus tormentillę & una parte spicæ cum melle mi-
scendo & super uentrem ungatur iuuat ad cōceptio
nem. & puluis tormentillæ & liniatur cornu cerui-
ni cum parum zucari albi in modum trageæ in uino
datus multum confert ad conceptionem. Item pul-
uis tormentillæ cum albumine oui coquatur super
tegulam & detur patienti confert contra uomitum
& debilitate stomachi. & tormentilla ualet cōtra te
nebrositatem oculorum coquatur in uino & cū thu
cia in lapide calaminari trita & colatuȝ exhibeatur.
Idem ualet ad lipotomiam & in obtalmia & rubore
oculorum. & aqua tormentillæ ualet ad idem. Item
puluis eius ualet ad cancrum & contra uenenū ani-
male aut pestilentiale ab intra sumptus cum aqua
acetose. Pandecta.



VIOLA.

¶Viola frigida eſt & humida in primo gra. De floribus uiolarum fit ſirupus & zucarum uiolarum & oleum uiolarum. & ſirupus uiolarum fit ſic. flores uiolarum coquatur in aqua & ex colatura & zucaro fit ſirupus. uel ex ſucco florum uiolarum & zucaro fit ſirupus uiolarum. Vel flores uiolarum dimittantur in aqua tepida per noctem ex cuius colatura & zucaro fit ſirupus uiolarum. Sed ex uiolarum ſucco &


zucaro melior sit sirupus. & oleu3 uiolaꝝ fit per de coctionem florum uiolaꝝ in oleo oliuæ & eius cola tura dicitur oleum uiolaꝝ. & inunctio olei uiolaru3 exterius facta epar confert contra calefactioné epa tis. Vntio etiã facta super tempora & fronté doloré capitis ex calore factum remouet & somnũ inducit. Sirupus ergo uiolaꝝ uirtutem habet leniendi infri gidandi humectandi. ideo ualet ĩ febribus acutis no tanter in tertiana continua seu ĩterpellata. & zucaꝝ uiolaꝝ fit eo modo quo fit zucarum rosaꝝ ut ꝑ uta succus uiolaꝝ misceatur cũ zu. albo. Vel folia floꝝ uiolaru3 minutum incisa cum zucaro albo mixta & soli præsentetur in uino albo per dies .xl. pro ipsius fermentatione. Item uiolæ contritæ siue ipsa herba applicatum super calidum apostema confert in prin cipio. Fomentatio etiam facta ex decoctione ipsius herbæ uiolariæ & super pedes & frontem applicata somnum inducit in acutis febribus. Flores uel folia uiolaꝝ comesta cum boragine & lactuca cu3 carni bus recentibus elixata confligunt in aflictione febri li. Decoctio etiam uiolaꝝ bona est scabiei loco sca bioso applicata. & odor floꝝ uiolaꝝ uel succus eaꝝ fronti illinitus sedat soda3 siue doloré capitis ex cau sa calida. & decoctio eaꝝ cũ zucaro penidii confert tussi calidę linit pectus & confert in pleuresi & peri pulmonia. & idem ualet inflationi stomachi. & siru pus uiolaꝝ confert dolori renũ & prouocat urinã & soluendo educit colerã. Auicenna. Plat. Pandecta.



VIRGAPASTORIS.

¶ Virgapaſtoris: eius uirtus infrigidat & deſiccat ĩ principio tertii gradus. Et radix eius deſiccat ĩ ſecũdo gradu. Et ſunt duæ ſpecies .ſ. maſculus & fœmina. Succus eius mixtus cuꝫ litargiro curat ſciſſuras ani & fiſtulas & emoroidas interiores. Et uermes q̃ ĩn capite huius plantæ inueniuntur in corio ligat & collo ſuſpenſi dicuntur febrem quartanam penitus curare. Et uirgapaſtoris habet uirtuteꝫ repercutiẽ-

di & incarnandi. & confert inflamationi oris stomachi quando scilicet apponitur extra contriti cum aqua rosarum. Et idem confert apostemati quod erisipile appellatur & apostematibus antiquis. & idez repercutit & prohibet humores qui fiunt ad membra. Et est ex melioribus medicinis erisipile quando dilatatur & quando extenditur ambulans de membro ad membrum. & confert ulceribus aliis ad quæ fluunt humores. Et succus eius conglutinat uulnera recentia cum suo sanguine. Et confert ulceribus auris. & si est in ea sanies desiccat eam. Et abscindit fluxum menstruorum immoderatum fomẽtatio facta ex uirgapastoris & arnoglossam contusis & matrici applicatis. Et decoctio eius cum boloarmeno in potu data curat ulceratiõem intestinorum & sputum sanguinis. & sistit fluxum humoruz undecunq; fluxui sanguinis antiquo uicio colore. & decoctio eius cum uino confert distilatione urinæ quia prouocet urinam prouocatione forti. & quando idem bibitur in febribus perioticis ante accessionem peroxismi per horam confert multum idem ualet in morsibus uenenosis. & succus eius confert in fistula matricis. Pandecta. Serapio.



VRTICA.

¶ Vrtica & semen eius sunt calida in principio ter- tii & sicca in secundo. & semen est minoris siccitatis q̃ ipsa herba. & uirtus urticæ est ulceratiua. attracti ua. resolutiua & uirtute adustiua. & in ipsa etiam est uirtus aperitiua & abstersiua fortis. Vrtica cuȝ raf- fano cocta & farina seminis lini disrumpit apostema ta maturationi propinqua. & cinis cõbustionis eius confert in cancro. & cinis talis cuȝ sale mixtus pro-


dest ulceribus quæ accidunt a morsura canuȝ & ulceribus malignis & cancro. Et emplastrum ex ea & sale factum ualet contritioni neruorum. Et folia urticæ contrita abscindunt fluxum sanguinis narium. Et semen eius contritum & naribus inflatum aperit opilationem colatorii fortiter. Quando bibitur semen tritum cum aqua ordei mundificat pectus educendo humores grossos. Et semen eius in uino coctũ exitat coitum. Vel puluis seminis urticę in ouo sorbili sumptus ualet ad idem. Aperit etiam orificum matricis ut matrix recipiat sperma. Et similiter si comedatur cũ cepis & ouis idem facit. Et quando supponitur cum mirra prouocat menstrua & aperit matricem. Et similiter quando bibitur eius decoctio cũ parum mirræ. uel folia urticæ contrita cuȝ mirra & parum uini in modum emplastri confert aperiendo matricem qñ ei applicantur soluendo educit flegma & humorem crudum sua abstersione non cum uirtute solutiua quæ sit in ipsa urtica. Et oleum urticæ cõfert ad idem. & confert etiam ad membra paralitica ungẽdo ea. & suppositoria facta ex melle & puluere urticæ soluunt. Et urtica hẽt in se aliquod uentositatem ad luxuriam prouocandum maxime si cum sapa bibitur .i. uino dulci. Auicenna. Pandecta. Serapio.



VALERIANA.

¶ Valeriana est calida in secundo gradu. sicca in fine eius. Et uirtus eius assimilatur uirtuti spicenardi. Et multi ualerianam nardum agrestem appellant. & radix eius in medicina ponitur. Virtutem habet diureticam. Dyascorides dicit. fu. i. ualeriana feruentis ē uirtutis inictualis in prouocando urinam. Vinum decoctionis eius cum semine feniculi & apii multuȝ ꝓuocat urinā. Et eius elixatura mitigat lateris do-

lorem & incitat ad prouocationem menstruorum. Confert etiam contra stranguriam & disuriam. Detur uinum decoctionis eius addita radice petrosilini. Valeriana etiam cum uino cocta cum apio & emplastrata pectini prouocat urinam. & uinum decoctionis eius confortat digestiuam. & confert dolori stomachi ex frigida causa & uinum decoctionis ualerianę & masticis & mentæ est maioris efficatię in confortando uirtutem digestiuam & in pacificando dolorem stomachi. Contra uitium pectoris & frigida causa detur uinum decoctionis ualerianæ & radicis yreos & liquiriciæ & draganti & multum ualebit inscindendo & eradicando humorem crudum & fiscosum per uiam screatus. Ideȝ confert contra tussim siccam ex frigida causa. Et ad superfluitatem matricis desiccandum fiat fomentum ex aqua decoctionis ualerianæ & arthemisiæ. Contra opilationē splenis & epatis ex frigida causa. Vinum decoctionis ualerianæ & floruȝ tamarisci in potu detur. Pandecta. Dyascoride. Auicenna.



VSNEA.

¶ Vsnea est res nascens super arborem quercus uel nucis uel super lapides. Et melius horum est quod reperitur super arborẽ nucũ & quod est magis odoriferum & albidioris coloris. & peius ea est quæ ad nigredinem ostendens. sapor eius ẽ stipticus temperate. & uirtus eius est quæ nõ infrigidat frigiditate forti. sed prope tepiditatẽ. Et uirtus alia est quæ resoluit & mollificat & proprie illud qđ ẽ super arbo-

rem nucum. Et estimauerunt quidam q est calida in primo gradu & sicca in secũdo gradu quod Pande. inuit i cap. de usnea auctoritate Auicennę. ubi dicit usneam cor confortare. quod idem uult Auicenna de uiribus cordis. Et uinum decoctionis eius & arthemisiæ confert doloribus matricis. ut quãdo mulieris sedent in decoctione eius confert multum in dolore matricis. & idem facit fomentatio ex ea facta. Et decoctio usneæ & herbæ per alisis proprie schlusselblomen cum oleo de castoreo uel lini multū confert i paralisi & artetica passionibus. Et quã do infunditur aliquod diebus i uio facit istud uinũ dormire dormitione forti. Et quando infunditur in uino stiptico confert stomacho & curat fluxum uentris & abscindit uomitum. & aromatichum est. aperit opilationes & stringit carnes molificatas & linitur super apostemata calida & sedat eorum inflammationem & resoluit duricies iuncturarū. Et uinũ decoctionis eius abstergit uisum. Et confert tremori cordis & dolori epatis & cõfert dolori matricis & prouocat menstrua. Pandecta. Auicenna. Serapio.

FINIS

Capitulum. primum.



Loepaticum calidum est & siccum in secundo gradu:& fit ex succo cuiusdam herbæ quæ simili modo appellat̃.Et sunt tria genera scilicet cicocitrinũ epaticum & caballinum. Optimum aloe dicitur citrinũ & discernitur ex citrino colore seu ruto:& præcipue cum frangitur apparet crocei coloris.Epaticum autem colori epatis assimiliatur .i. sub nigrum & citrinum & habet foramina & obscuram substantiam. Caballinum autem nigrum est & amarissimam & feculentam habet substantiam & horribilem odoreʒ. Aloe uirtutem habet purgandi flegma & coleram & mundificandi melancoliam.Habet etiam uirtutem confortandi omnia membra neruosa:unde ualet contra superfluitatem humorum frigidorum in stomacho contentorum quem confortat & ipsum caput a dolore præseruat qui ex grosso uentositate stomachi causatur. Visum clarificat cum aqua rosarum miscendo: opilationem splenis & epatis aperit:menstrua prouocat:ulceracionem uirgæ consolidat & scabiẽ curat.Et ualet contra ydropisim ex causa frigida.Detur aloe.ʒ.i.& masticis.ʒ.ſ.cum succo absinthei in ebdomada bis in mane amministrando.Iteʒ puluis eius cum melle datus lumbricos interficit.Platearius.

Cap. ii.



Garicus calidus est in secundo: siccus in tertio: Et agaricus est fungus qui circa radicem abietis crescit: & sunt duæ species.Aliud est masculinum: aliud fœmininum. Fœmininũ est melius & habet formam rotundam & cum desiccatur fit albissimum. Masculinum habet formam oblongam & non adeo album. Et agaricus principaliter purgat flegma secundario melancoliam. Et ualet contra quottidianam ex flegmate. Detur agaricus in quantitate duarum dragmarum cum scp̃.i. squinanti cum decoctione senæ & radicis esulæ: & ualet idem contra yliacam passionem: & contra dissuriam accipe saxifragam coctam in uino in quo dissolue agarici.õʒ.ſ.& da patienti. Contra fistulam. Recipe aga-

ricum puluerizatum cum ſale tartari cum ſale communi mixtum cum melle conficiatur & cum tenta inuncta mitte in fiſtulam & oſſa fracta extrahit & malam carnem corrodit & fiſtulam ſanat. Et contra morpheam accipe ſal commune uſtuꝫ & agaricum & tartarum æqualiter & ſcarificatione facta ſuppone puluerem & fortiter frica.

Cap. iii.




Oloquintida calida in tertio ſicca in ſecundo. pomū eſt cuiuſdam fruticis quod etiam cucurbita alexandrina appellatur: & ſola recepta mortifera eſt. Valet contra quartanam aqua decoctionis coloquintidæ ʒ.ſ.&.ōʒ.ſ.ſenæ cuiꝰ colatura dulcoretur cum zucaro & detur ante acceſſionis horam. Et decoctio coloquintidæ in aceto cuꝫ quo abluatur os in modum gargariſmi ualet contra dolorem dentium: & puluis coloquintidæ cum melle mixtus ualet contra lumbricos. Et pueris fiat emplaſtrū ex coloquintida & ſucco abſintheæ circa umbilicum applicando: & ad menſtrua pro uocanda fiat fomentum decoctionis interioris coloquintidæ cū arthemiſia: & ualet etiā contra duriciem ſplenis & epatis decoctio interioris coloquintidæ cum aqua ſcolopédriæ & zucaro miſcendo.

Cap. iiii.



Aſſiafiſtula calida & humida temperate habet uirtutem mundificandi: leniendi feruorem ſanguinis mirabiliter mitigandi: coleram depurat a ſanguine: unde ualet in acutis paſſionibus uel febribus & ante purgationem uentrem mollificat & aptum purgationi facit. Et caſſiafiſtula gargarizata cum melle roſato apoſtemata faucium diſſoluit.



Cap. v.

Vforbium calidum eſt & ſiccum in quarto gradu gummi eſt eiuſdem arboris in india qđ i diebus ca

ticularibus colligitur: habet uirtutem purgandi flegma & at trahendi. Contra arteticam & podagram ualet: & datur i minima dosi cum bdelio miscendo & parum gerepigri Galieni praecedente digestione cum oximelle squillitico. Cōtra fistulam ualet euforbium & mastix puluerizata cum sapone miscendo & ori fistulae apponatur humiditatem cōsumit & sternutatio fit inde optima cum quo euacuatur materia a capite: & praecipue ualet in litargia puluis naribus inflatus.

Cap. vi.

EMblici sunt fructus crescētes ultra mare & mirabo loni citrini & kebuli &c. Emblici purgant flegma & melancoliam cum decoctione radicis esulae minoris & sene. Et puluis emblici cum decoctione taxibarbati miscendo ualet contra emoroidas super annum suppositum. Item puluis emblici cum puluere aloes in oleo distēperatus & inde inungatur caput ualet contra casum capillorum. Omnes mi raboloni sunt frigidi & sicci in secūdo gradu: & miraboloni citrini purgant coleram: sed kebuli emblici bellerici purgant flegma: sed indi purgant melancoliam. Autores dicunt q omnes mira boloni purgant colerā: sed quidam minus. Citrini principaliter coleram secundario flegma: kebuli principaliter flegma secundario coleram. Indi principaliter melancoliam secundario coleram Pla.

Cap. vii.

MAnna calida est & humida temperate. Est autem ros inuentus super quasdam herbas diureticas qui cadit in quadam parte graeciae & indiae: & inuiscatur circa herbas & colligitur postea sicut mel & est magnae efficatiae. Quidam sophisticant cum melle & zucaro: quidam cū succo liquiritiae. Pura autem manna est sub albida & interius habet quasdam concauitates. Et nil dulcius est pura manna. Sophisticata autem dulcis est in quoddam acumine: uirtutem habet mundificandi sanguinem: unde ualet in acutis febribus cū cassiafistula miscendo.

Cap. viii.


Eubarbarum est calidum & siccum in secundo gradu. Dicitur reubarbarum: quia in barbara regione repperitur: uel in india uel in transmarinis partibus & est radix in pondere grauis non perforata cum frã gitur habens uenulas interius distinctas hinc rufas hic sub pallidas: & cum masticatur tingit istud est eligendum: contrarium uero non eligendum: uirtutem habet purgandi coleram principaliter: & confert cõtra calefactioné epatis & splenis ex humoribus calidis. Confert etiam contra tertianam simplicem & duplicem isto modo. In aqua decoctionis quattuor seminum frigidorum ut citrulli melonum & cætera resoluatur cassiafistula & tamarindi & in colatura misceatur reubarbari puluerizati .ʒ. ii. & spice. scp̃. 5. & sumatur in mane. Idem ualet contra ycteritiam cum aqua endiuiæ miscendo.

Cap. ix.


Cammonea est calidæ & siccæ complexionis. Solitione educit coleram cum fortitudine attrahédi eam a sanguine & a uenis uehementer. Et dosis eius est granis tribus usq; ad scp̃. 5. cui additur parum masticis ꝑpter claudere orificia uenarum quæ scammonea se solo sumpta aperire habet. Confert etiam admiscédo sibi medicinas cordiales stomaticales & epaticales: sicut sunt crocus cinamomum & spica & de sandalo rubeo.

Cap. x.


Ene calidæ & siccæ est complexionis: & crescit i trãs marinis partibus: ualet contra melancolicas passiones & contra epilentiam & sincopim & contra opilationem splenis & epatis Confert etiã aduersus febremquartanam & contra fluxum emoroidarum. Et si rupus factus ex decoctione sene & scolopendrie & boraginis cum zucaro miscendo conuenienter conuenit ad prædictas passiones. Et dosis eius é a õʒ. 5. ad õʒ. i. cum parum zinziberis miscendo.

Cap. xi


Amarindi ſolutione educunt coleram & reprimunt feruorem eius & mundificant ſanguinem & conferunt inflationi epatis & ſtomachi. Eſt medicina uera febris acutæ quæ indiget lenificatione. Doſis eius eſt ab.ʒ.5.ad.ʒ.i. cum ſucco fœniculi uel ſucco endiuiæ uel apii uel ſero caprino amminiſtrando.

Cap. xii.


Vcarum calidum eſt & humidum. temperate circa primum gradum. Virtuté habet humectandi: lubricādi & aliqualiter infrigandi ſi fuerit album uel trium decoctiōum: & uirtutem habet lenitiuam & abſterſiuam & lauatiuam quia inteſtina reddit lubrica & lenit pectus & confert ſtomacho.

¶ Tertia particula de ſpeciebus aromaticis cōfortatiuis & aliis conſimilibus confortatiuis.

Cap. xiii.


Inamomum calidum eſt in ſecundo gradu & ſic cuꝫ in tertio. eligitur enim per guſtum & diſcernitur bonum. Virtutem habet confortandi cerebrum ex aromaticitate: conſolidandi ex conglutinoſitate. Valet contra debilitatem ſtomachi ex frigiditate. Detur puluis cinamomi cum puluere carui in cibis. Competenter etiam in ſalſamentis ponitur ad appetitum prouocandum. Cinamomum maſticatum reddit os aromaticum. Contra ſincopim & cordiacam paſſionem detur puluis eius cum puluere grariofilorum in ſorbili de ouis.

Cap. xiiii.


Ardamomum calidæ eſt & ſiccæ in ſecundo. Semen eſt cuiuſdaꝫ arboris: & ſunt duæ ſpecies maius & minus. Maius dicitur domeſticum minus dicitur ſiluaticum. Maius eſt melius quia magis aromaticū & in colore ſubrufuꝫ. Virtuté hēt cōfortandi ex aromaticitate: diſſoluendi cōſumendi ex qualitatibꝰ ſuis. Valet cōtra cordiacā paſ-


sionē ex frigrida cā: fiat decoctio eius ī uino aromatico cū parū aquæ rosaꝝ miscendo det pacienti. Ad digestionē cōfortandā & debilitatem stomachi puluis cinamomi cum semine a nisi detur ī cibis. Contra debilitatē cerebri ex reumate. puluis eius cū puluere cubebarum naribus inflatus confert.

Cap. xv.



Rocus ca. & sic. est in primo gradu. Cuius duæ sunt species scilicet ortensis qui in ortis reperitur & crocus orientalis qui in partibus orientalibus reperitur. uirtutem habet confortandi ex qualitatibus suis ex aromaticitate sua. Confert cōtra debilitatē stomachi & contra sincopim. Et ualet contra yliacam stranguriam & dissuriaꝫ passiones: fiat decoctio croci in oleo & melle & loco dolenti cathaplasma fiat.

Cap. xvi.



Alamus aromaticus ca. est & siccus ī scđo. gra. Radix est cuiusdem fruticis & ualde aromatica est. Virtutē habet confortandi & consumendi. Contra dolorem stomachi & intestinorum ex frigiditate & uentositate certum est remedium. Puluis eius in quantitate. ō3. 5. cum succo absinthei & parum uini miscendo detur pacienti ad digestionem confortandam: & si addatur puluis cinamomi ualebit eo melius. Idem ualet ad cordiacam passionem.

Cap. xvii.



Arioffili calidi & sicci in tertio quidam dicunt ī scđo gra. Habet autem uirtutē confortandi. ex aromaticitate & uirtutē dissoluendi & consumendi ex qualitatibus. Valet ad digestionem confortandam: detur uinum decoctionis garioffilorum & masticis mire prodest. Confert etiam ad dolorem stomachi ex frigida causa uel ex uentositate: detur uinum decoctionis eorum cum semine fœniculi. Valet etiam contra suffocationem matricis. puluis garioffilorum conficiatur cum uino odorifero & superponatur uel initiatur per pessarium fumus eorum & receptus inferius ualet. Ad præcipitationem matricis odorentur garioffili. Et uinuꝫ decoctionis eorum etiam detur. Ad cerebrum confortandum applicentur garioffili naribus & confert.

Digestio
Dolor st.
Matrix.
Cerebrū

Cap. xviii.



Alanga calida est et sic. in secundo gradu. Radix est et eligitur quæ subrufa est nodosa et ponderosa et acutum saporem habens. Quæ autem sub albida et leuis et fere nullum saporē habens et perforata abiicienda est. Habet autem uirtutem confortandi ex aromaticitate sua dissoluendi et consumendi ex qualitatibus. Detur uinuȝ decoctionis eius ad digestionem confortandam et dolorem stomachi ex frigida causæ uel uentositate. Et ad cerebrum confortandum puluis galangæ applicetur naribus. Ad cordiacam passionem et contra sincopim detur puluis eius cum succo boraginis.

Ad dolo. stomaci et Digestionē.
Ad cerebrū.
Ad cordiacā pass. 2 sincopiȝ.

Cap. xix.



Entiana calida est et sic. in secundo gradu. Est herba cuius radix eodem modo appellatur et radices usui medicinæ competunt. Et quæ solida citrinum habēs colorem et nō perforata icolumior est similiter multam habens amaritudinem bona est. Virtutem habet dissoluendi: consumendi attrahendi: ē enim diureticum. Valet aduersus antiquum asma detur puluis cum uino addita aqua ordei: epilēticis detur puluis eius cum succo pioniæ. Et suppositorium uel pessarium factum ex puluere gentianæ cum succo arthemisiæ cum parum mellis ualet ad menstruum prouocādum et fœtum mortuum et secundinam excludit.

Ad antiquū asma
Ad epilenticos
Ad Menstruū.
Ad fetū mor.
Ad secūdinā.

Cap. xx.



Iquiritia calida est et humida temperate. Eligenda est quæ tota interius crocea est: et cum frangitur non puluerizatur: et quæ ponderosa est: quæ autem sub albida uel sub nigra et leuis uel uiridis abiicienda ē. Et succus eius est eiusdem efficatiæ. Valet decoctio eius cum aqua contra omnia uitia pectoris et maxime pleureticis et peripulmoniacis. Et uinum decoctionis eius ualet contra tussim et liquiritia masticata et sub lingua retenta sitim et asperitatem stomachi et gutturis mitigat.

Ad vitiū pectoris
Ad Pleureticos
Ad Tussim.
Ad sitim et asperitate sto.ci 2 gutt.



Cap. xxi.

Acis cali. et sic. in secundo gradu flos est. Et maces reperiuntur circa nuces muscatas in circunferentia.

Virtutem habet confortandi ex aromaticitate: diſoluendi con ſumendi ex qualitatibus ſuis. Eligendus eſt qui ſubrufus ē: qui etiam acutum habet ſaporem cum aliquali amaritudine: niger autem & terreus qui non habet acutum ſaporem abiiciatur. Et uinum decoctionis eius ualet contra indigeſtiōem ex frigiditate. Et maſticatio macis ualet ad confortandum cerebrū. Et puluis macis in cibo & potu datus ualet contra cordiacam paſſionem.

Indigestio. Cerebrum. Cordiaca.

Cap. xxii.

NVx muſcata calida & ſicca in ſecūdo gradu: fructus eſt cuiuſdam arboris quæ in india naſcitur: eligenda eſt quæ ponderoſa eſt & cum frangitur interius non puluerizatur: & ē acuti ſaporis ſi iſta deſunt nō eſt ponenda in medicinis. Virtutem habet confortandi ex aromaticitate & conſumendi ex qualitatibus. Nux muſcata media uel integra in mane comeſta ualet contra indigeſtionem ſtomachi & diſcolorationem faciei ex frigiditate iſtud patet per experiētiam. Et uinum decoctionis nucis muſcatæ & maſticis ualet contra frigiditatem ſtomachi: epatis & inteſtinorum.

Indigestio. Facies. Frigiditas.

Cap. xxiii.

PIper ca. eſt circa quartum gradum ſic. in medio eius & ſunt tria genera piperis: eſt enim piper nigrum qđ melio piper dicitur: & piper longum quod macro piper dicitur: & piper album quod leuco piper dicitur & eſt fructus arboris in india naſcentis. Dicūt quidam piper nigrum fieri per decoctiōem: cum enim debet colligi propter copiam ſerpentum apponitur ignis circa arbores. Piper nigrū uirtutem habet diſſoluendi principaliter & conſumendi. Piper album ſecundario & longum. Puluis piperis in cibis mixtus digeſtionem confortat & præcipue piper longum ſed ſanguineis & colericis nocet uſus piperis: diſſoluit enim nimis & quibuſdam quandoq; lepram inducit.

Digestio. Quibus noceat piper nota.

Cap. xxiiii.

REponticū calidæ & ſiccæ ē complexionis. Et ē fere ſimile reubarbaro q̄tum ad interiora. Virtuté hēt mūdificādi ex ponticitate: & diureticū ē ſua amaritudine uel ex qualitatibus ſuis. Vinū decoctionis eius cū

ſucco fœniculi cum parum zucari miſcendo ſobrie datum ſolуit opilentionem ſplenis & epatis ex frigida cauſa. Et puluis eiꝰ cum melle datus ualet contra lumbricos & cerotum ſeu emplaſtrum factum ex puluere eius cum oleo & cera ualet contra debilitatem ſtomachi.

Cap. xxv.

SAndalum frigidum eſt in tertio ſiccũ in ſecundo. Cuius tres ſunt ſpecies ſcilicet album: rufum citrinum. Et melius ex ſandalo eſt citrinum pingue: poſt citrinum rubeum. poſt rubeum album. & conferunt dolori ſtomachi & epatis ex colera rubea: & rubeum eſt frigidius albo & citrino & eſt magis iuuatiuũ. Nam ipſum prohibet fluxuȝ humorum ad membrum. Et confert cordiacæ paſſioni cum febre quando humectatur in aqua endiuiæ & inde linitur cor: & talis linitio ſuper epar applicata cum panno linio confert epati calefacto ex febre. Et quando puluis ſandali rubei miſcetur cũ parum camphoræ & aqua roſaruȝ & temporibus applicet̃ confert dolori capitis q̃ fit ex caliditate & puluis ſandali rubei mixtus cum aqua ſolatri uel ſemperuiuæ uel portulacæ ualet ĩ dolore podagræ calidæ.

Cap. xxvi.

TAmariſcus calidæ & ſiccæ eſt complexionis. Vinum decoctionis eius ualet ad opilationem ſplenis & epatis & ſtranguriam & diſſuriaȝ & diureticus eſt. Et puluis corticis eius in cibis decoctus: & frequẽs eius uſus confert ad eaſdem paſſiones. Et potus in quo bibitur tamariſcꝰ confert ad idem & cortices eius ſunt maioris efficatiæ.

Cap. xxvii.

VIſcus naſcitur in arbore glandium: & reperitur etiam in arbore pirorum. Eſt autem optimus qui in arbore quercus naſcitur: & manet diu uiridis. Virtutem habet ſubtiliandi attrahendi & diſoluendi. Et q̃ ex eo bonus eſt recens planus coloris porri interius uiridis exterius: & non calefacit niſi poſt moram & in ipſo eſt humiditas ſuperflua indigeſta: & eſt calidus & ſiccus in tertio: & eſt reſolutiuus: reſoluit enim humiditates groſſas ex ꝓfundo corporis propter fortitudinem uirtutis attractiue & lenit poſtemata

Du. splenis & maturat cum rasina pini miscendo. Idem duriciem splenis cu-
Iũcture rat & lenit iuncturas cum tanta cera quãtum est ipsum & cum rasina pini miscendo.

Cap. xxviii.



Inciber ca. in tertio & hu. in primo est radix in transmarinis partibus nascens. Vinuз decoctionis eius et ficum siccarum et passularum ualet ad tussim frigi-
Tussis frig. dam et spiritualium frigiditatem. Et puluis eius cuз ficubus siccis immissis et comedatur confert ad idem. Et uinuз
Dolor sto. decoctionis, zinci, et cimini ualet ad dolorem stomachi et intestinoꝝ ex uentositate et digestionem procurat. puluis zinci. cõ
Tenasmo baubace suppositus ualet contra tenasmoné: et puluis eius na-
Apoplexia ribus inflatus confert contra appolexiam actu affligentem.

Quarta particula de fructibus et seminibus herbarum et ortis ab eis. Cap. xxix.



Migdale dulces et amaræ. Dulces sunt calidæ et humidæ in primo gradu. Amaræ calidæ et siccæ in secũdo gradu. Et amaræ competunt medicinæ. Dulces cõferunt esui. Amaræ ualent contra asma et tussim ex frigida causa: teranť amigdalæ amaræ et addito zucaro ꝓpter amaritudinem et fiant pultes. Oleum amigdalarum amararuз ualet ad sorditatem aurium. Et usus amigdalarum amararum ualet contra lumbricos. Et emplastrum ex eis factum et applicatum super umbilicum ualet ad idem. Et pessarium factum ex eius oleo et trifera magna prouocat menstrua.

Cap. xxx



Itonia sunt diuersaꝝ qualitatum: quædam sunt dulcia: quædam pontica seu stiptica: quædaз acetosa. In dulcibus est humiditas temperata: in acetosis: et aliis est frigiditas manifesta. Et uirtus citoniorum est conglutinatiua uulnerum: & prohibet illud quod currit ad aptata in principio eoꝝ: & fortificat os stomachi: & confert stomacho laxo & cõtra fluxuз uentris stipticitate eoꝝ: sed dulcia sunt minus stiptica. Et oleum eius ualet ad idem & semen eius est linitiuũ sine stipticitate: & eius usus ualet contra sudoré: & oleũ eius ualet scissuris frigoris & est utile ulceribus scabiosis. Et succus

citoniorum ualet contra ſputum ſanguinis. Et ſemen eius ualet contra aſperitatem gutturis & lenit pectus ſeu cannam pulmonis. Ad idem prodeſt ipſorum muſcilago. Et citonia ualent contra uomitum & ſitim ſedant & contra ebrietatem ualent. Es ſirupus citoniorum confert ad eaſdem paſſiones. & pira ualent ſimiliter licet remiſſus.

Cap. xxxi.


Aparis ca. eſt & ſic. i ſecundo gradu. Radix cortex folia fructus & flores conferunt uſui medicinæ. Virtutem habent confortandi appetitum infrigidatuȝ ſtomachum calefaciunt. Contra epatis & ſplenis uiciuȝ & eorum duriciem conferunt. uinum decoctionis corticis capari optime ualet. Ad idem ualet electuarium factum de pulueribus corticum capari & tamariſi cum zucaro. Ad lumbricos cõferunt fructus caparorum & ad ſplenis diſcraſiam. Valent etiã ad yliacam paſſionem iſto modo. Accipe lib. 5. corticum capari & coquatur in ſucco radicis ebuli & addatur zucarum & fiat ſirupus & ſumatur mane & ſero, Idem ſirupus ualet ad arteticaȝ.

Cap. xxxii.


Aſtanea eſt frigida frigidatione pauca & circa primũ gradum caliditatis & ſiccitatis exiſtit & in comperatione ad glandes ſunt maioris digeſtionis. tuſſientibus ſunt nociuæ caſtaneæ. dolorem capitis præſtant propter duriciem digeſtionis. nocumentum aufertur. cum aſſantur: ſunt cõſtipatiue. & cõferunt medicinæ mortiferæ. Serapio.

Cap. xxxiii.


Icus pineæ & uuæ paſſulæ. ficus ſunt recentes & ſiccæ & uirtus recentium eſt debilis propter humiditatem earum ſuperfluam. & ſiccæ ſunt meliores & maxime carnoſæ & uirtus ficuum eſt calida in fine primi gra. & ſic in principio ſecundi. Et alia eius uirtus eſt maturatiua & reſolutiua apoſtematum qñ miſcetur cum farina ordei aut cũ medulla panis frumenti. & recentes & ſiccæ laxant uentrem. Et aqua decoctionis ficuũ ſimilis eſt melli in uirtute ſua. Et ſiccæ ualent eſui & inducunt ſitĩ & molliunt uentrẽ & ſunt cõueniẽtes gutturi & cãnæ pulmonis & ueſicæ & renibꝰ & ſmaticis &

discoloratis. Et decoctio earum cum ysopo purgat pectus & su perfluitatibus & confert tussi antiquæ & dolori pulmonis. Pan decta. Pineæ sunt calidæ & humidæ in primo gra. Valent asma ticis & in dolore pulmonis & conferunt etiam comsumptis Vir tutem habent leniendi mundificandi & humectandi. Et est opti mus cibus laborantibus in dolore pulmonis & apostematibus pectoris. Vuæ passulæ uirtutez habent leniendi & humectandi. Vinum decoctionis earum ualet contra frigidam tussim. & in cibis date ualent contra uomitum colericum.

Cap. xxxiiii.




Viube ẽ & sebesten sunt calidæ & humidæ. Iuiube ha bent extinguere acuitatem sanguinis colerici & con ferunt pectori & pulmoni & conferũt uesicæ & dolo ri renum & pectoris ex caliditate. & est malum stoma cho & nutrimentum earum est paucum & digestio earum dura & generant flegma. Serapio. Sebesten est medicamen medium in complexione sua in caliditate & frigiditate. laxat uentrez fe bricitantiũ & conferunt tussi calidæ & leniunt pectus & sedant catharrum calidum & conferunt ardori urinæ quæ fit propter mordicationem coleræ in uesica & renibus. Pandecta.

Cap. xxxv.



Runa sunt frigida & humida. Prunorum alia sunt nigra alia rubea. Quæ nigra sunt & aliquantulũ du ra magis ualent præcipue damescena. Virtutem ha bent infrigidandi & leniendi intestina. Et ualent acu te febricitantibus. & prosunt contra constiptationem uentris & siccitate uel ex colera rubea desiccante. Platearius.

Cap. xxxvi.



Nisum calidum & siccum in tertio. Est semen dulce cuiusdam herbæ simili nomine appellatæ. Habet uir tutem consumendi dissoluendi uentositatem extenu andi. Valet contra uentositates & aridam eructuatio nem & indigestionem. uinum decoctionis anisi & masticis & ci namomi. Ad menstrua prouocanda detur triffera magna cum

Cõtra vẽtositatẽ
Cõtra aridã eruct.
Cõtra ĩdigestiõẽz
Ad mẽstrua pro uocãda

decoctione anisi. Contra opilationem splenis & epatis ualet decoctio anisi cum scolopendria. Et puluis anisi sumptus in cibo ac potu ualet ad augmentationem spermatis & lactis.

Cap. xxxvii.


Accalauri est fructus arboris lauri. sunt ea folia quæ etiam medicinæ competunt. & sunt calidæ & siccæ complexionis: sed grana sunt fortiora. Virtutem habent confortãdi ex aromaticitate & disoluendi & cõsumendi. Fructus lauri contriti & in esca calefacti & cum sacculo capiti applicati multum confert cerebro flegmatico. Et contra frigidum reuma capitis decoquantur baccelauri & rosæ in aliquo uase ore eius opilato & recipiat patiens fumum per os & ex illa aqua lauentur frons & tempora. oleum bac. lau. ualet contra dolorem stomachi ex frigiditate & contra arteticã. Fomentum ex aqua decoctionis foliorum lauri matricem confortat & mundificat. & conceptũ impeditũ ex frigiditate adiuuat. Pandecta. Platearius.

Cap. xxxviii.


Vbebe sunt calidæ & siccæ temperate: sunt fructus cuiusdam arboris in india nascentes. Virtutem habent confortando ideo ualent contra sincopim cum aqua borraginis exibendo. Et uinũ decoctionis eius multum ualet cordiacis. Idem confert epilenticis. & cõtra frigidum reuma. Conferunt cubebe cum zucaro confectæ & earuʒ odor similiter multum prodest.

Cap. xxxix.


Arui calidum & siccum in tertio gradu. Et semẽ unius herbæ sic appellatæ. Virtutem habet diureticam. Vinum decoctionis ualet contra stranguriam & dissuriam. Puluis etiam eius in cibo sumptus digestionem confortat. Ventositates secludit. Semine ĩ salsamentis utimur. appetitũ prouocat. & semine tãtum ĩ medicinis utimur.

Cap. xl.

FAba est frigidæ & siccæ complexionis. Et [redacted] est uiridis est humida in primo: parũ nutrit. humores grossos generat & stomacho nocet. sanguinem grossum & melancolicum creat [redacted] fumum grossum. ideo cerebrum offendit & somnia uana inducit. sed per decoctionem [redacted] assationem remittitur [redacted] malitia. Et aqua decoctionis fabarum mundificat faciem cum amigdalo miscendo. Aqua flo-[redacted] fabarum ualet contra obscuritatem oculorum.

Cap. xli.

FEnugræcum ca. & sic. complexionis est. Virtutem habet congultinandi: maturandi: relaxandi. Ad maturandum apostemata exterius accipiat farina fenugræci cum uitello oui conficiatur & supponatur maturat [redacted] attenuat. Ad maturandum & rumpendum conficiatur [redacted] termentina maturat & rumpit. & [redacted] misceatur [redacted] farina seminis lini & [redacted] seminis alteæ maiorem habebit efficatiam. Itez fiat decoctio ex farina fenugræci & seminis lini & alteæ super apostemata stomachi [redacted] intestinorum applicata ualebit.

Cap. xlii.

SEmen lini calidum in primo [redacted] in humiditate & siccitate mediocre inflatiuum ẽ stomacho nociuum & parum diureticum est parum nutrit/ad tussim frigidam ualet/pectus purificat a flegmatica superfluitate in cibis sumptus/& ab extra farina eius ~~cum farina seminis lini~~ cum butiro miscendo ualet [redacted] tali ungere pectus/mollificat materiam flegmaticam ibidem peccantem & idem sedat dolorem uniuscuiusq; membri idem ualet in spasmo & uirtus seminis lini proxima est uirtuti fenugræci.

Ad Tussim frig. et ad pectus purificandu.

Cap. xliii.

LVpinus calidus & siccus in tertio. Virtutem habet diureticam. & sunt lupini dulces & amari. Et amari præcipue usui medicinæ competunt. Et farina lu-

pinorum amarorum confecta cũ melle confert contra lũbricos. & si puluis absinthei uel eius succus additur fit eo efficatius & emplastrum factum ex farina lupinorum amarorum & succo absinthei addendo parum aloepatici ualet pueris contra lumbricos super umbilicum applicando. Vinum decoctionis eius ualet ydropicis & contra opilationez splenis & epatis de causa frigida. Cap. xliiii.

Milium frigidum in primo: siccum in secundo semen est. Et uirtus eius est desiccatiua ideo desiccat uentrẽ seu constipat. sed quãdo ponitur exterius infrigidat in primo & exiccat in fine tertii. Et milium modicuz dat nutrimentum. Et quando applicatʳ ab extra in sacellis actu calidum super intestina ualet contra fluxum uentris & prouocat urinam.

Cap. xlv.


Nuces & auelanæ. Nux usualis indigestibilis est & coleram nutrit & dolorem capitis commouet. tussienti bus contraria est a ieiunis comesta nauseam prouocat. uenenis contraria est comesta si fuerit. Et nuces cum cepis & melle & sale mutuo mixta morsuz homĩs & canis ad sanitatem perducit. Veteres nuces contrite & cancro cathaplasmate prosunt. Nuces calidæ & siccæ sunt quæ multum comestæ faciunt paralisim linguæ & prouocant uomitum & laxant uentrem. Auerois. Auellanæ in cibo sumptæ dolorem capitis incutiunt. stomachum inflant. corpori sano pinguedinem conferunt & sedant molestiam tussis uentustissimæ. & auellana nutribilior est nuce. Auicenna. quoniam est magis solida & minus unctuosa. declinat ad caliditatez & siccitatem. & est tardioris digestionis & exitat ad uomitum. Pandecta.

Cap. xlvi.

Ordeum frigidum est & siccũ in secundo gradu. eius nutrimentũ minus ẽ tritico. Ex farina ordei. & aqua fit mixtura cuz zucharo albo & uuis passulis miscendo confert loco cibi febricitantibus & aqua ordei loco potus. Ex farina ordei & aceto fit emplastrum contra apo

ſtemata calida in principio ad repercuſſionem.& aqua ordei mixta cum amido ualet pro mundificatione faciei.

Cap. xlvii.


Robus in primo ſiccus in ſecundo. Habet uirtutem aperiendi.abſtergendi & inſcidendi. Habet ſaporem amarum & prouocat urinam.& qui nimium eo utũtur facit urinari ſanguinem. Et quando boues de eo comedunt inpinguantur.Farina orobi laxat uentrem & prouocat urinam & meliorat colorem corporis.ex quando miſcetur cum melle mundificat ulcera & lentigines.& facieȝ mundificat eius mixtura cum farina ordei & amidi. Idem ualet pruritũ mẽbrorum.Et farina eius cum aceto cocta & poſita ſuper pectinẽ confert ſtranguriæ & curat tenaſmoneȝ & punctiones mẽſtruorum.Serapio.

Cap. xlviii.


Liua & oleum oliuarum.Oliuæ uirides ſunt frigidæ & ſiccæ.ſtringunt uentrem.& oliuæ aquaticæ excoriant ſtomachum propter eoꝝ ponticitatem & quãdo ponuntur in aceto ſunt plus excoriatiue ſtomachi.& nigre ex eis ſunt calidæ cũ pauca ſtipticitate indigeſtibiles plus aliis.Et humor qui generatᷣ ex oliuis uituperatᷣ & quæ comedũtur in medio prandi acuunt apetitũ & magnæ ex eis ſunt maiores operationis.Oliuæ paucum dant alimentum corpori. & qñ ſunt maturæ completæ ſunt calidi caliditate tẽperata & immaturæ frigidæ & ſtiptitiores. Et oliuæ nouæ ſtringunt uentrem & ſunt bonæ ſtomacho:ſed nigræ oliuæ maturæ ſunt parte corruptioni & ſunt male ſtomacho. Et emplaſtrum ex eis factum prohibet ulcera quorum nomen eſt antrox.ideſt apoſtema ignitum.Et emplaſtrum ex foliis oliuæ cum melle ſuper umbilicuȝ occidit lumbricos. Et quando fit ex eis emplaſtrum cum farina ordei confert fluxui uentris antiquo & fluxui humiditatum quæ a matrice emanant. Oleum oliuarum maturarum confert

ſanis & eſt bonum ſtomacho propter ſtipticitatem quæ eſt in eo.& reſtringit gingiuas & confortat dentes quando teneatur in ore.& prohibet ſudorem & lenit corpus & prohibet aduentum frigoris corpori & tale oleum debilitat uirtutem medicinarum uulnerantium.& datur in potu cõtra medicinam mortiferam ut uomatur ab eo.Serapio.Pandecta.

Cap. xlix.

POma granata:quædam ſunt dulcia: quædam acetoſa & acetoſa ſunt maiores ſtipticitatis. Omnia granata ſunt boni humoris & ſunt bona ſtomacho pauci tamen nutrimenti.& dulcia quidem ſunt boni ſaporis niſi quia inferũt caliditatem ſtomacho licet paucam ideo non ſunt multũ conuenientia febricitantibus. ſed acetoſa magis conferunt.Et ſuccus granatorum uentris compeſcit fluxuȝ & infuſus in aqua & potui datus emoptoicis & diſſintericis medetur. Et ſuccus eorum cum melle ualet ad ulcerationem oris. Granatum quod dulce eſt frigidum eſt in primo & humidum in ſecundo.& acetoſum eſt frigidum & humidum in ſecundo. & acetoſum reprimit coleram & prohibet curſum ſuperfluitatum ad uiſceram proprie uinum eius.Pandecta.Auicéna &c.

Cap. .l.

VInum & acetum.Vinum eſt calidum in ſecundo gradu. et uetus ex eo in tertio. Et muſtum in primo. et manifeſtatur unumquodq; uinum ĩ quo gradu eſt p eſtimationem caliditatis inuentæ in eo.Vinum ĩmoderate ſumptum nocet neruis et ſenſibus.et uinum uet⁹ album prouocat urinam niſi quia facit dolorem capitis.et quæ ex eo bibit ſatis nocet ſtomacho.Nouum uinum generat inflationeȝ et eſt difficilis digeſtionis inducit ſomnia mala . Et uinum album ſubtile eſt bonum ſtomacho et conuenit uſus eius magis in ſanitate et ægritudine q̃ rubeum quod inter album et nigrum medium eſt . Et uinum nigrum eſt groſſum et tarde digeſtionis et inebriat et ingroſſat carnem. et confert in fluxu

uentris & est inflatiuum. Dulce uinum est tarde resolutionis. inflat stomachum.laxat uentrem sicut mustum & confert uesice & renibus. Acetum frigidum est in primo gradu siccum in tertio. Virtutem habet penetrandi & subtiliandi & constringēdi ex qualitatibus. Valet acetum contra uomitum & fluxum uētris buliantur in aceto rosæ & cortex quercus & imbibatur in tali aceto lana & ponatur super stomachum uel super umbilicum. Et appetitum incitat carnes cum eo comestæ. Et acetum stomachum cum inuenit plenum laxat:uacuatum autē restringit. Et ualet cōtra frenesim fricatio facta circa uolas manum & pedum cum sale & aceto.platearius.Serapio &c.

¶ Quinta particula de gummis & consimilibus.

Cap. li


Amphora frigida est & sicca in tertio gradu. Est eligenda alba & lucida. Valet contra geomorream.i.inuoluntariam spermatis emissionem. Distemperetur camphora cum succo solatri uel lacte &c. & supponatur pectini uel renibus & confert. Idem ualet contra dyabeticam passionem & contra calefactionem epatis cum pannis humectatis apponatur regioni epatis. Et camphora mixta cuꝫ succo sanguinarie ualet contra fluxum sanguinis nariū. Et cōtra libidinem odoretur camphora per nares.& camphora satis competenter ponitur in electuariis contra acutas ægritudines.

Cap. lii.


Ragantum frigidum est in secundo:humidum ī primo gradu.est gummi. & quod album est clarum & purum est maioris efficatiæ. Contra siccitatem pectoris detur patienti decoctio dragāti & gummi arabici in aqua ordei.Item aqua decoctionis ordei & succi liquiritiæ in qua dissoluatur dragantum ualet contra tussim siccam. Electuarium etiam confectum ex partibus.ii.draganti &.i.parte liquiritiæ cum zucaro conficiatur quod ualet cōtra tussim ex calida causa. Et aqua ordei decoctionis dragāti ualet cōtra

sitim & contra dissinteriam ualet aqua pluuialis in aqua dissolutum sit dragantum. Dragantum cum albumine oui mixtum contra ignis combustionem optimum est. platearius. Sera.

cobustio ignis

Cap. liii.



Vmmi est arabicum calidum ē & humidum simile ē draganto: & dicitur arabicum: quia in arabia reperitur melius est. Habet autem uirtuté relaxandi & leniendi. Valet contra asperitatem linguæ. dissolutum gummi arabicum in aqua in qua frigetur lingua. Contra uomitum ex debilitate uirtutis retentiue detur puluis eius cum puluere cinamomi. Puluis gũmi arabici misceatur cum succo plãtaginis & confert. Et puluis eius cum puluere sanguinis draconis in aqua rosorum miscendo confert contra fluxum menstruorum & sanguinis.

Cap liiii.



Audanum calidum & humidum I secũdo gradu est ros in quibusdam herbis inuiscatus & est eligendũ quod est ponderosum & nigrum. Odor eius ualet cõtra catarrum ex frigida causa. Et laudanum & mastix misceantur & circa gingiuas & dentes intus & extra ponatur dentes relaxatos confirmat. Ad suffocationem matricis recipiat patiens fumum per inferius. & contra præcipitationem matricis recipiat patiens fumum laudani per os. Et suppositorum ex eo factum & matrici immissum confortat matricem & innauat ad conceptionem.

Cap. lv.



Astix calida est & sicca in secundo gradu. gũmi ē cuiusdam fructicis. eligenda est mastix quæ alba est & clara. quæ uero obscura abicienda. Virtutem habet consortandi: conglutinandi: consolidandi & cõstringendi. Et uinum dissolutionis masticis & olibani cum albumine oui miscendo & temporibus superponatur ualet contra humores fluentes ad oculos & ad dentes. & confert etiam contra

dolorem temporum qui fit ex fumoſitate aſcendente a ſtoma-
cho ad caput. Maſtix maſticata deuoluta in ore comprimendo
in dentibus pluribus uicibus facit deſcendere humiditates per
ſputum eiciendo. Emplaſtrum factum ex maſtice bolo armeno
& albumine oui & aceto & ſuper oriſicia ſtomachi poſitum
uomitum colericum conſtringit poſitum ſuper renes & pecti-
nem fluxum colericum reſtringit.

Cap. lvi.



Irra eſt calida & ſicca in ſecundo gradu. gummi eſt
cuiuſdam arboris in india naſcentis. Eligenda eſt
quæ clara & citrina & lucida eſt Virtutem habet cō
fortandi ex glutinoſitate conducendo partes ī unū.
Et uirtutē diſſoluendi & conſumendi mediocriter ex qualita-
tibus ſuis. & etiam perſeruat a putredine. unde corpora condi-
ta cum mirra cōſeruant̃. et ualet mirra cōtra ſaniē oris: ſtoma-
chi & inteſtinorum. & mirra ualet contra putrida ulcera. Et fu-
mus eius per os receptus cerebrum cōfortat & per uuluam ma
tricem calefacit & confortat ad conceptionem. Et mirra ualet
contra fœtorem oris uicio humorum putridorum. Et uinum
decoctionis eius & ſiccum ſiccarum ualet contra aſma & uitiū
pectoris & cōtra tuſſim & pillulæ de ſtorace calamita & mirra
ualent contra catarrum & ualet etiam ad digeſtionem confor-
tandam.

Cap. lvii.



Ix alia naualis alia liquida. & eſt calida & ſicca in ſe-
cundo gradu. Naualis minus eſt calida & ſicca. & pix
liquida uirtutem habet conſumendi laxandi & diſ-
ſoluendi. Vnguentum ex ea factum cum litargiro &
oleo lauri & parum aceti ualet contra ſcabiem. Contra dolo-
rem ſplenis fit emplaſtrum ex pice reſoluta cum puluere abſin
thei & cera & oleo. & pix naualis in emplaſtris ponitur quæ fi-
unt ad uulnera. Et dicitur naualis quia abraditur a nauibus &
ipſa deſicca ſuperfluitates & diſſoluit eas propter moram quaʒ
facit in aqua maris. Dicunt quidam diſſoluit ſuperfluitates q̃a
acquiſiuit uirtutem ipſam ab aqua marina. Serapio.

Cap. lviii.



Esina diuersificatur secundum diuersitates arborum a quibus coligitur. & omnes resinæ sunt calefactiuæ & dissolutiuæ & mundificatiuæ. Et est in resina res q̃ abstergit adeo ꝙ curat scabiem & ipsa quidem attrahit ab interioribus plus q̃ aliæ species glutinis. & dicunt quidaꝫ resina sit sudor arboris pini. Et resina ingreditur unguenta faciens ea odorifera & bene colorata. & confert ad ulcera corporis humiditates putridas attrahendo. pandecta.

Cap. lix.



Torax calamita sicca & liquida. sunt calidæ ĩ primo & siccæ in secundo gradu. Eligendo est storax calamita rubea. ualet contra frigiditatem & debilitateꝫ cerebri cum laudano & storace liquida miscendo in modum pomi ambre naribus applicando multum cofert cerebro. Ad idem ualet melius fumigium de ea posita super carbones. Vinum decoctionis eius gargarizatum humiditatem uuæ seu uuele desiccat. Et pillulæ de ea factæ ualent contra frigiditatem stomachi & frigidum reuma capitis. & fumigium eius ualet contra suffocationem matricis per inferius applicatum. Et ualet etiam contra præcipitationem matricis idest casum eius ꝑ superius applicatum. Storax liquida multum ualet ĩ emplastris contra tineam & pustulas & similiter ualet ad plura emplastra ea & reddit ea multum odorifera.

Cap. lx.



Erepentina calida ē & sicca. Fumus eius receptus circa anum curat tenasmonem. Similiter ualet eius succus contra suffocationē matricis inferius recipiat. & contra præcipitationeꝫ matricis superius recipiat fumum terepentinæ uel fiat suppositoriuꝫ matrici cum bombice inuoluta termentina in suffocatione matricis. Ad rūpenda apostema fiat ex ea & farina ordei emplastrum.

❡Sexta ꝑticula de generibus salis & mineris terræ & lapidibus.

Cap. lxi.



Lumen calidum est & siccum in quarto gradu. habet uirtutē consumendi & fortiter desiccandi puluis eius spersus super cancrum malam & putridam carnē eradicat. Et alumen mixtum cum parum mellis cuȝ quo licinium ungatur & immissum fistulæ multum prodest. Prius lauetur ulcus cancri cum aceto inflationes gingiuarum sanat si fiat ablutio earum cum aceto mixto cum alumine præcedente uentositatione cum sacrificatione circa caput & spatulas. Contra scabiem sulphur & litargirum & alumen buliantur in aceto & oleo & inunge in balneo. post ea ablue cū aqua calida & post iterum inunge. Balneum aquæ aluminis ualet ydropicis scabiosis arteticis.

Cap. lxii.



Rgentum uiuum calidum est & humidum in quarto gradu. Quidam dicunt ꝙ sit frigidum in quarto ex effectu eius calidum probat᷑ quia dissoluit inscidis penetrat. licet actu sit frigidum potentialiter est calidū. Contra scabiem recipiatur litargirum & cerusa & oleum lauri misceantur in patella circa ignem infrigidato adde argentū uiuum & usui reserua. Contra pannum faciei post partum accipiatur axungia gallinæ cum cerusa & argento uiuo & inde ungat᷑ facies.

Cap. lxiii.



Olus armenus frigidus est & siccus in secundo gradu. Est quædam uena terræ. Virtutem habet constrīgendi. Et eligendus est qui subrufus secundum omnes eius partes. Confert bolus contra emoptoicā passionem idest fluxum sanguinis per os sumatur aqua ordei ī qua sit dissolutum gummi arabicum uel dragantum cum bolo armeno. & prodest idem contra dissinteriam cum succo plantaginis amministrando. Vel fiat emplastrum super intestina cum albumine oui & boli armeni & emine plantaginis. Et contra fluxum sanguinis ex naribus misceatur bolus cum succo sanguinarie ex imponatur naribus & cofert.

Cap. lxiiii.


Erusa frigida est & sicca in secundo gradu. est flos plumbi. Habet uirtutem mundificandi: extenuendi superfluitatem & extergendi. Aqua resolutionis cerusæ & amidi mundificat faciem. mulieres ea utuntur. Et cerusa ualet ad creandum bonam carnem in uulneribus & ad sananda uulnera. & qui cerusam faciunt sæpius incurrunt apolexiam. epilentiam. paralisim. arteticam propter malitiam uaporum plumbi.

Cap. lxv.


Alxuiua calida est & sicca in secundo gradu. Mixta cum sepo & oleo uidelicet ad putrida apostemata. & uirtus calcis est inflatiua. mordicatiua adustiua cauterisatiua. sed si miscetur cum axungia aut oleo fit maturatiua. & oportet q̧ sit noua uiua quã non tetigit aqua & est fortior q̃ illa quam tetigit aqua. & quando lauatur calx fit sine mordicatione. Pandecta.

Cap. lxvi.


Orallus rubeus & albus frigidus est siccus in secundo gradu. Et autem eligendus rubeus grossus & clarus & quanto plus accedit rubedinem tanto melior qui nulla habet foramina uel pauca. Albus similiter eligendus quanto albior tanto melior: qui etiam non sit perforatus foraminibus. Virtutem habet confortandi. depurandi cõstingendi. Virtutem habet occultam contra epilentiam. contra fluxum sanguinis narium imponatur puluis coralli rubei cum succo sanguinarie naribus & confert. & puluis eius in ouo sorbili ualet contra dissinteriam. uel datur cum aqua plantaginis. Et contra emoptoicam passionem idest sputum sanguineum fiant pillulæ ex duabus partibus pulueris coralli rubei & una parte draganti cum aqua ordei miscendo & fiant pillulæ quæ tenentur in ore: & trasglutiat post resolutionem earum.

Cap. lxvii.

EMantites frigidæ & siccæ est complexionis est lapis. Habet uirtutem constringendi fluxum sanguinis intestinorum. Fiat emplastrum ex puluere emantitis & albumine oui & oleo rosarum & aceto & applicetur super intestina. Idem ualet cōtra fluxum menstruorū cū aqua uel succo planginis. Idem ualet contra fluxum sanguinis narium cum succo sanguinarie naribus imponendo. & fiat pillulæ ex puluere emantitis & gummi arabici & draganti cum aqua rosarum conficiantur & teneantur pillulæ in ore sub lingua & transglutiat transsolutas.

Cap. lxviii.

LItargirum temporate frigidum est & siccū secundum quosdam frigidum & siccum in quarto. Et litargirum est duplex, quoddā dicitur spuma auri. & quoddam dicitur spuma argenti. Virtutem habet consolidandi depurandi constringendi. puluis litargiri uulneribus impositus saniem consumit & ulcera consolidat. Valet contra scabiem præcipue cum fit ex flegmate salso sumatur litargirum buliatur cum oleo nucum & parum aceti & inde liniantur loca scabiosa. Et confert etiam litargirum contra ulcerationem uirgæ: puluis eius applicatus ulceri pri⁹ cū aqua aluminis mundificetur. Confert etiam contra pannum oculorum cum aqua rosarum fiat colirtum. Et ad faciem depurandam fiat unguētum ex axungia gallinæ cum puluere litargiri & oleo rosarum miscendo.

Cap. lxix.

LApis lazuli frigidus est & siccus similiter lapis armenus sed eorum exessus non est determinatus ab autoribus. Est autem lapis lazuli eligendus qui multū assimiliatur colori cœlesti. purgat principaliter melācoliam. Valet lapis lazuli cōtra uicium splenis & emoroidarū. Detur cum uino decoctionis sene & seminis feniculi. ualet contra cordiacam passionem. detur cum succo borraginis & puluere ossis de corde cerui. Et ut breuiter dicam, ualet contra omnes passiones factas de malancolia.

Cap. lxx.



Erili siue margarithæ frigidæ sunt & siccæ. lapis qui in quibusdam piscibus reperitur. eligendæ sub albe. & clare & lucide. Virtutem habent confortãdi. contra sincopim & debilitatem ex medicina uel fluxu uẽtris uel sanguinis & contra cordiacam passionem & in febrib⁹ detur puluis margaritharum cum zucaro rosarum.

Cap. lxxi.



Vlphur calidum est & siccum in quarto. Est aliud sulphur uiuum quod ex terra sulphurea producit aliud est mortuum quod artificiose præparatur. Et illud non est tantæ efficatiæ. Est autem eligendum quod uiride est. Virtutem habet dissoluendi consumendi. Vnguentum factum ex puluere sulphuris & ellebo. albi & oleo lini & cera multum confert contra paralisim arteticam podagrã & epilenticam &c. Valet etiam contra asma inueteratum det 3.5. in ouo sorbili.

Cap. lxxii.



Al calidum est & siccũ. Ex sale & aceto & oleo ĩ aqua resolutis potest prouocari uomitus dictus in ore immissus uel penna. ad dolorem ex uentositate fiat sa- digitus tellatio ex sale torrefacto & calefacto & superponatur loco patiẽti. & ex sale & melle fi suppositorium ad uentris constipationem. Cap. lxxiii.



Artarus calidus & siccus ĩ quarto. Quod de uino puriore existit melius est. & fit ex tartaro & litargiro & oleo nucum & parum aceti commixtio ad ignem ĩ modum unguenti quod cõfert ad malas species scabiei & puluis tartari in cibis datus pinguedineꝫ consumit & extenuatur. puluis etiam eius scilicet. 3. ii. datus cum melle rosaꝝ uel conseruat rosarum uel alio consimili ducit ad. 5. uel. vii. assellas puluere masticis addito.

Cap. lxxiiii.



Vthia ẽ ĩfrigidatiua stiptica repellet ulcera carne & conglutinat & est desiccatiua. Er tuthia præparatur qñ pluries extinguit in aqua rosaꝝ tunc ingreditur

coliria oculoruȝ. Et uirtus tuthiæ ablutæ multum confert oculis fluentibus & ad plures alias ægritudines oculoruȝ. Et puluis tuthiæ deſiccat ulcera uirgæ & humiditates ibidem conſumit. Pandecta.

Cap. lxxv.



Cõtra lũbricos. Cõtra fũgos. Cõtra sang. e naribus fluent. Cõtra vermes i auribus.

Itriolum eſt minorale eſt aduſtiue conſtrictiue uirtutis: calidum eſt & ſiccum in quarto & quando ſumitur ex eo in potu. ʒ.5. cũ ydro melle expellit lumbricos. Et quando ſumitur in potu. ʒ.i. aufert nocumentum fungorum faciens euomere. Et puluis eius immiſſus in nares conſtringit ſanguinem fluentem ex eis & mundificat ulcera narium. Et puluis eius poſitus in aures occidit uermes earum. Pandecta.

Cap. lxxvi.



Ad carnẽ superfluam reſecãdam. Ad fiſtulas, gingiuas & malas carnes. Ad Leproſos.

Irideeris calidum & ſiccum carnem ſuperfluam conſumit undecunqȝ naſcitur. præcipue in naribus cum melle mixtum. & mixtum cum aqua mellis fiſtulas curat & gingiuas putridas ſanat & canceratas carnes emendat. Et mixtum cum ſale armonico. & terepentina & reſina in modum unguenti leproſos curat. Pandecta.

¶ Septima particula de animalibus & ortis ab eis.

Cap. lxxvii.



Ad sedãdos dolores. Ad sperma. Ad Colorem. Ad vocem. Ad Impinguationẽ.

Neta & anſer. Anas eſt calidior omnibus auibus domeſticis, dicunt quidã ipſa calefacit infrigidatũ & facit calefactum poſſidere febrem. Eius pinguedo ẽ maxima dolorem ſedando & eſt melior pinguedinibus auium. & caro eius eſt grauis digeſtionis & auget ſperma. & eius pinguedo clarificat colorem. & eius caro impinguat & clarificat uocem & caro anſeris eſt grauis & tardatur ĩ ſtomacho. ſed leuius & melius quod eſt in ipſa ſunt alæ. Cum autem caro digeretur harũ auiũ eſt nutribilior oĩbus carnibus auiũ. augmẽtum efficit in coitu & multiplicat ſperma. Pandecta.



Cap. lxxviii.

Os carnibus ſuis reficit & nutrit. Vnde nihil eſt in boue quod diuerſis uſibus utile non ſit. Vnde eius fimꝰ

ut dicit Plinius li.xxviii.cap.xi.Fimus bouis cuꝫ aceto iuuat cõtra dolorem articulorum ydropicis etiam singulare remedium est si inde ungantur ad solem consumit enim humoreꝫ inter cutaneum. Est autem animal non solum usibus hominum necessarium sed etiam ad plura alia quantum ad eoꝝ cornua ut pelles ex quibus uaria fiunt. Bartholameus anglicus.

Cap. lxxix.



Apra est uelocissima in cursu:leuissima in saltu:acutissima ĩ aspectu: dulcissima ĩ gustu & sanissima quo ad esum:sagacissima quo ad pastum:nam uisu gustu & olefactu discernit inter herbas & arborum ramusculos quoruꝫ extremitates teneras comedit & depascit. Capræ uiuunt per undecim annos: & frequentant coitum usq; ad senectutem:& aliquando generant gemellos. Vrina etiam capraruꝫ calefacta auribus instillata dolentes aures sanat. Bartholameus anglicus.

Cap. lxxx.



Ancri fluuiales multum conueniunt in egritudinibꝰ calidis:& quando comburuntur & fiant inde cineres qui misceantur cuꝫ parum gentianæ & bibitur cum uino est optimum medicamen contra morsuꝫ canis rabidi. Et talis cinis cancrorum mixtus cum melle scissuris manuum & pedum & ani &/ex coriationi/quæ fit a frigore & cancro ꝑ confert. Et quando coquuntur & potatur de iure confert ulceribus pulmonis. Serapio.

Cap. lxxxi.



Olumba est auis mansueta hominum frequentiam consortium diligens quam antiqui auem ueneream nuncupabant:eo ꝙ frequẽtat nidos & osculo & amore concipit & ueneri multum uacat ideo columba dicitur quasi colens lumbos. Sanguinem medicinalem habet sanguis eius sub dextra ala extractus & sanguis calidus oculis impositus instillatus dolorem mitigat & obtalmiam sanat oculo-

rum Caro columbarum dura est ad digerendum & uiscosa: unde grossuz dat nutrimentu: sed quando uolare incipiunt ratione motus sunt melioris digestionis: quanto autem uetustior tanto durior & peior ad digerendum.

Cap. lxxxii.



Astor animal est commorans cuz piscibus sub aquis & graditur sub terris: & dicitur castor a castrando. Nā eorum testiculi medicinæ sunt apti: cum senserit uenatorem ipse se castrat & morsibus sua uirilia amputat. Castorium uirtutem habet dissoluendi consumendi & attenuandi loca neruosa maxime confortandi: unde ualet epilenticis & contra frigidas passiones capitis & paralisim linguæ soluit & loquelam reddit subito ablataz si sub lingua resoluatur. Et ualet contra uniuersalem corporis paralisim si decoctum cū uino fuerit & ruta & saluia in potu sæpius sumatur.

Pro epilenticis
Ad frigidas pas. cap.
Ad paralisim linguę.

Cap. lxxxiii.



Eruus est aīal diutissime uiuens plus q̄ centū annis. Et est animal fel non habens nisi ī intestinis ideo habet intestina amara & fœtida: ut dicit Aristoteles & Auicēna. Item sanguis cerui & leporis nunquam coagulatur: & ossa inueniuntur in eoꝝ cordibus conferunt ad multas passiones notanter cordiales & in nobilibus confectionibus administrantur. Dicitur ꝙ lapis quidam reperitur in ceruis qui miro modo dicitur iuuare mulieres quando sunt prægnantes. Bartholameus anglicus.

Sang. cerui & leporis.
Ossa ī cordibꝫ eoꝝ.
Lapis qdā ī ceruo.

Cap. lxxxiiii.



Dus ab edendo dictus. Paruus enim est & pinguis & iocundi saporis: ut dicit Isidorus. li. xii. & est temperate complexionis: unde melior & digestioni competētior maxime si est masculus unde eius caro bene nutrit & sanguinem bonum gignit: ideo carnes eduline maxime conueniunt humanæ naturæ maxime hiis qui delicose uiuunt. Et pelles edorum sanant morsus uenenosos si calidæ desup ponantur: & adustio pilorum odore fugat serpentes.

Ad Morsus venenosos
Ad fugandos serpentes

Cap. lxxxv.



Epus dicitur habere utrunq3 sexum ideo multi putarunt leporem gigni & gignere sine mare: ut Plinius. Sunt autem lepores animalia ita fœcūda q uno fœtu nascente statim altero fœtu uterus grauidatur: unde utile est animal quo ad esum cū fuerit iuuenis. Nam eius coagulum ualet cōtra uenenum: restringit uentris fluxum: sanguis eius mitigat dolorem oculoꝝ: & quanto coagulum eius est ueterius tanto melius. Bartholameus anglicus.

Contra venenu ventris fluxu dolore oculoꝝ

Cap. lxxxvi.



Orcus nascitur dentatus & multis infirmitatibus subiacet: & quando infirmatur obliquum tenet caput & in luto plus iacet in dextro latere ꝗ̃ i leuo. Et meliores sunt filii qui nascuntur in hyeme & peiores in estate. Est autē animal inmundū & gulosum auide deuorans quod libet fœtidum & inmundum: ideo caro eius licet sit facilis digestionis tamen ex ea multum comesta plures inde generanť superfluitates flegmatice putrefactioni abiles & ipinguatur porcus uel sus inquiete: & septima pars sui cibi conuertitur in pilos & in sanguinē & in lac dicit Aristoteles libro. vii.

Cap. lxxxvii.



Itulus statim quando nascitur a uirtute propria ad querēdum matris ubera erigitur & statim reficitur matris uberibus. Nascitur ei sicut & equo in fronte pustula quædam nigra: quam magi asserunt incensiuum fore amoris: hāc pustulam statim mater amputat nec admittit ad ubera nisi prædictum uirus auferat. Et sunt boni nutrimenti & facilis digestionis & multum uehetare habent.

Cap. lxxxviii



Vlpis est animal multum dolorosum: quando euim canes insequuntur eum caudam inter crura recolligit: & quando uidet se non posse euadere in cauda recolligit urinam quam super canes insequentes ipsam proiicit & diffundit: cuius fœtorem canes abhorrentes aliquātulum ei cedunt. Adeps enim eius & medulla multu3

dicuntur ualere contra neruorum contractionem. Sanguis eius dicitur diureticus unde multum ualere creditur ad lapidem [redacted] num & ueſicæ: ut dicit Plinius libro .xxviii. Et dicitur Plinius ibidem ꝙ ſi quis linguam uulpis habuerit in annulo talis [redacted] patietur caliginem oculorum Barthol ameus anglicus.

Cap. lxxxix.

BVtirum accipitur [redacted] lacte uaccarum caprarum & ouium. Et butirũ reſoluit & maturat: & propter hãc cauſam aminiſtrati apoſtematibus quæ fiunt ſub [redacted] re quando uolumus [redacted] mollificare & maturare. Et ualet in tumoribus gingiuarum infantium eas linientes [redacted] butiro quando uolumus ꝙ dentes cito oriantur & ſine dolore & confert aliis apoſtematibus oris. Et miſcetur etiam cum em- plaſtris conferentibus ad dolorem lumborum & aliorum [redacted] brorum. Et quando ſumitur butirum mixtum cum melle iuua [redacted] magnum ſpuentibus ſaniem ex apoſtemate pulmonis confert: & ſimiliter ualet in pleureſi: & ualet etiam ſine melle ad excreandum ſaniẽ ab intra [redacted] ab extra amminiſtrando. Serapio.

Cap. xc.

COagulum eſt ſubſtantia lactis in ſtomacho coagula ta. Et [redacted] coagulum ẽ ſubtiliatiuũ: reſolutiuum & ſiccum: & coagulum leporis in omnibus his qua- litatibus ẽ fortius. Confert in fluxibus uentris [redacted] mẽ ſtruorum & debilitati uirtutis retentiue quando datur in mo- dum caſtaneæ in potu uni: & datur contra ſanguinem coagula tum: & quãdo mulier facit ſibi peſſarium [redacted] & butiro poſt mundificationem menſtruorum cõfert impregnationi. Et quã do ſumitur [redacted] eo in potu prohibet impregnationem.

Cap. xci.

CAſeus a carendo dictus q ſeparatur ab aquoſa ſub- ſtãtia lactis q̃ caret. Et ãt caſeus fex lactis frigida & groſſa & ad digeſtiõ dura: & magis attinet ſtiptici- tati q̃ laxatoni: & ẽ grauis ſtomacho & epati [redacted] ſple-

ni maxime ſi illa loca fuerint opilationibus præparata & calcu lum in renibus impregnat. Ideo dicit conſtantinus ꝙ omnis ca- ſeus uniuerſaliter eſt malus: tamen caſeus qui lacti eſt uicinus minus eſt nociuus. & caſeus nimis ſalſus nimis eſt deſiccatiuus & ſtomacho nociuus & carens ſale magis eſt nutritiuus & cor- poris humectatiuus: ſtomacho tamen eſt nociuus & defacili in fumoſitates reſolutiuus ſi ſtomachus fuerit calidus ſi uero fue- rit frigidus in acetoſitatem defacili eſt conuerſiuus. Et uetus ca- ſeus omnino non ualet quia ualde exiccatiuus & duræ digeſtio nis. Bartholameus anglicus.

Caseus nimis salsus

Caseus vetus

Cap. xcii.

CEra eſt fex mellis. Eſt enim cera multis uſibus neceſ- ſaria. Valet enim in medicinis in confectionibus ua- riis & unguentis. Nam uirtutem habet calefactiuam reſolutiuam: aperitiuam: maturatiuam: attractiuam: euaporatiuam: & conſumptiuam. Cera quanto recentior tanto odorabilior: ductibilior & purior ad diuerſarum impreſſionum & figurarum ſuceptionũ aptior. Bartholameus anglicus de pro prietatibus rerum. Cap. xciii.

LAc eſt liquor dulcis & candidus ĩ mamillis pet actio- nem caloris in ſanguine generatus. Eadem eſt enim materia menſtrui ſanguinis & lactis: & ideo natura creat lac propter cibum antiquo cibatur extra: non ergo debet eſſe lac ante tempus partus nec poſt multum niſi ac cedat contra naturam: & lac dulce eſt magis ſapidum uicinum ſanguini in ipſum defacili conuerſiuum: & ideo laudabile eſt ip ſius nutrimentum. Eſt autem compoſita ex tribus ſubſtantiis ĩ uirtute ſcilicet ex ſeroſitate quæ ẽ ſubtiliatiua & acuta: & ex ca- ſeali ſubſtantia quæ eſt groſſa ideo opilatiua: & butiroſa & un- ctuoſa quæ eſt mollificatiua. Vnde ſerum eſt deopilatiuum & groſſorum humorum inſciſiuuȝ & uentris ſolutiuũ præcipue ſerũ caprinũ. Bartho. angli. Cap. xciiii.

MEl eſt liquor dulciſſimus a materia puriſſima ſoler- tia apium generatur. Vnde mellis dulcedo cæteris eſt magis calida: ſed minus humida: & iudicatur mel ca lidum & ſiccum in ſecundo gradu: eſt mundificatiuũ

lauatiuum & subtiliatiuum & suo calore grossorũ humorum in corpore incisiuum & humorum putridorum expulsiuum & amaritudinis temperatiuum:ideo ponitur ĩ medicinis ad cõseruandum medicinas mixtas cum eo. ¶Et mel crudum non bene despumatum ualde est uentosum & inflatiuum/rugitus in uentre generatiuum:in malos humores faciliter conuersiuum splenis & epatis uiscositate sua opilatiuum:colere inflammatiuum:yliacis & colicis nociuum.Serapio.Pandecta.

Cap. xcv.



Podium frigidum in tertio:siccum in primo.¶Spondium est os elephantis habens medullam & comburitur sed ossa dentium non conburuntur:unde illud spondium eligendum est quod/sub palidum/est:nimis leue:habens tamen quasdam partes sub nigras non multũ tamen efficatiae.¶Confert in dissintaria & contra emoptoicam passionem.Datus puluis eius cum aqua plantaginis uel succo eius.¶Et puluis spodii naribus inflatus sanguinem narium sistit. platearius. Cap. xcvi.



Apo calidæ & siccæ complexionis.¶Valet contra cõbustionem ex aqua uel ex igne & mox debet apponi membro leso & ibi morari per tres uel quattuor horas.¶Confert etiã ad scabiem cum ungitur locus scabiosus cum eo.¶Et dealbat sapo carnem inde lotam.¶Valet etiam ut inde fiant suppositoria desuper aspergantur pulueres de esula & prouocabunt assellationem.

FINIS

¶Finit qui uocatur Herbolarium de uirtutibus herbarum.

¶Impressum Venetiis per Ioannem rubeum & Bernardinũ fratres Vercellenses. Anno domini.M.D.VIIII.die.xv.marcii.

A a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x
¶Omnes sunt quaterni preter A qui est duernus.

